ANNO 1756. Dat. 16. Oct. 1756. Pont. 17.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die decima ſexta Octobris MDCCLVI. Pontificatus Noſtri anno DecimoSeptimo.

LXIII.

DE JURE METROPOLITICO

Archiepiſcopalis Eccleſiæ Moguntinæ in novam Diœceſim Fuldenſem; ejuſque Clerum & Populum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Prœm. Privileg. ita temperanda, ut Eccl. Hierarch. non perturbent.

SAluberrimum Apoſtolicæ providentiæ benignitatiſque inſtitutum a Prædeceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus ſapientiſſime initum ſervatumque, ut iis, quidem, quibus potuiſſent, titulis & honoribus inſignes Eccl. magis magiſque ad Nominis Divini cultum, & Chriſtifidelium utilitatem adaugerent, ſed pari nihilominus circuſpectione ac diligentia Hierarchicum Eccleſiæ Catholicæ ordinem in hiſce ipſis honorum largitionibus inviolatum atque intactum decretis ac reſcriptis ſuis cuſtodirent, a ſuſcepti Pontificatus Noſtri exordio ita, quoad Nobis integrum fuit, tenere & ſequi ſtuduimus, ut nullas hac in re Apoſtolicæ Noſtræ vigilantiæ partes ubique gentium deſiderari paſſi fuerimus. Quamobrem cum inſignis & antiquiſſima Abbatia Fuldenſis, quæ intra fines Provinciæ Moguntinæ ſita eſſe non ambigitur, multis nominibus clara, maxime vero propter Privilegia, quibus per Romanos Pontifices, atque ipſos etiam Seculares Principes locupletata fuit, in Germania plurimi fieret, magnoque in honore haberetur; non immerito Nos, ad majus Catholicæ Fidei præſidium atque ornamentum, Abbatiam ipſam in Epiſcopatum ereximus, ejuſque Abbatem pro tempore exiſtentem iu Epiſcopum & Abbatem inſimul conſtituimus, quemadmodum ex aliis Noſtris ſub Plumbo expeditis litteris, quorum tenorem, quatenus opus ſit, hiſce præſentibus pro expreſſo & inſerto haberi voluerimus, uberius continentur.

Relata ſunt ſuperius n. 4. Pont. ſollicitudo in componenda inde exorta controverſia.

§. 1. Cum autem poſt Epiſcopatus hujuſmodi erectionem, atque Epiſcopi ordinationem, quædam eruperit controverſia ſuper auctoritate, quæ Archiepiſcopo Moguntino in dicta nova Epiſcopali Diœceſi Metropolitico jure competere deberet; ut ea quamcitius, & abſque ullo judiciali ſtrepitu abſolveretur, controverſiam ipſam ad Nos avocavimus, reque tota per Nos ipſos diligenter conſiderata, itemque in conſilium adſcitis peritiſſimis in jure Canonico viris Noſtræ Romanæ Rotæ Auditoribus, quemadmodum eximia Moguntinæ Sedis dignitas, non inter Germanos tantum, ſed univerſo Chriſtiano Orbi perſpecta expoſcere videbatur, lætati admodum ſumus, quod eorum ſuffragia tum oretenus, tum etiam ſcripto expoſita, & in manibus Noſtris relicta, cum concepta jamprius in mente Noctra ſententia prorſus convenirent. Quapropter uniformi prædictorum Auditorum ſenſui inhærentes, eas ipſa die, videlicet decima Auguſti ſuperioris anni MDCCLV. decrevimus ac declaravimus, prædictas Noſtras litteras ſuper erectione Abbatiæ Fuldenſis in Epiſcopatum atque alias præcedentes itidem Noſtras ſuper approbatione & confirmatione cujuſdam concordiæ inter Epiſc. Herbipolenſem & Abbatem Fuldenſem peractæ, ita ſemper accipiendas eſſe, interpretandas, atque intelligendas, ut per eas nihil omnino detractum, aut imminutum cenſeatur de auctoritate & jure Metropolitico, quod in tota Provincia, atque adeo etiam in novo Epiſcop. Fuldenſi, & univerſa ejus Diœceſi, Moguntino Archiepiſcopo competit, juxta præſcriptum Sacrorum Canonum, & Sacri Concilii Tridentini; ſalva tamen ex alia parte, atque illæſa manente exemptione paſſiva, atque immediata ſubjectione huic Sanctæ Sedi Apoſtolicæ, quibus hactenus juxta formam ſuorum privilegiorum gaviſi ſunt, & gaudere debent Monachi omnes, & Monaſterium Fuldenſe, cum ſua Abbatiali Eccleſia, quæ nuper in Cathedralem erecta eſt, aliiſque Eccleſiis, quæ ſecundum præſentem ſtatum eidem Monaſterio pleno jure incorporatæ & ſubjectæ reperiantur; ita tamen ut Populus & Clerus Secularis ab ejuſmodi Eccleſiis quomodolibet dependen, propter hoc a jure Metropolitico prædicto nequaquam exemptus cenſeatur.

PONT. A. XVII.

Metrop. jus Eccl. Mogunt. in novam Diœceſ. Fuldenſ. ejuſque Clerum & Populum aſſeritur.

Nihil detractum & vult exemptioni Abb. Epiſc. Eccleſiæ, Monaſter. eidemque adnexar. Eccleſ.

§. 2. Quo itaque firmius Decretum hoc Noſtrum ſubſiſtat, & conſervetur exactius, Decretum ipſum tenore præſentium Apoſtolica auctoritate confirmamus, atque inviolabili Apoſtolicæ firmitatis robore communimus.

Clauſulæ & Decret. adſ præmiſſorum firmitat.

§. 3. Decernentes idem Decretum, & præſentes Noſtras litteras, ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere & fore, ſuoſque Plenarios & integros effectus ſortiri & obtinere, & illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus & per omnia pleniſſime ſuffragari debere, ſicque, & non aliter in premiſſis per quoſcumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, & eorum Cardin. Congregationes, necnon Apoſtolicæ Sedis Nuncios & quoſvis alio quacumque præminentia & poteſtate fungentes & functuros, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat. contrar.

§. 4. Non obſtantibus Apoſtlicis, ac in Univerſalibus Provincialibuſque, & Synodalibus Concillis, editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & quibuſcumque aliis, in contrarium præmiſſorum, etiam a Nobis, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides ſumpt.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die 15. Septemb. MDCCLVI. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſeptimo.

Dat. 15. Sept. 1756. Pont. 17.

Cajetanus Amatus.

LA-

PONT. A. XVII.

LA CONSECRAZIONE

D' uno eletto Veſcovo, il quale era ſtatò prima ordinato Sacerdote dal Papa, ſe debbaſi fare dal Papa medeſimo, o da altri per ſua ſpecial commiſſione.

Dilecte Fili Carolo, Electo Epiſcopo Juſtinopolitano.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noſter, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Virtù ed effetti della proviſta fatta in Conſiſtoro.

NEll' ultimo Conſiſtorio ſegreto, tenuto da Noi nel giorno 20. del proſſimo paſſato meſe di Settembre, avendo in conſiderazione il di lei merito, la proponemmo in Veſcovo di Capo d' Iſtria; ed eſſendo ſeguita la di lei proviſta, dopo eſſere ſtato adempito quanto viene preſcritto dal Sagro Concilio di Trento *alla Seſſ. 24. cap. 1. de Reformat.* e dalle Coſtituziohi Apoſtoliche, ella dee dirſi eletto e confermato; inſegnando comunemente gli Autori, che la proviſta fatta in Conſiſtorio, ha il vigore di elezione e confermazione. Così dopo la Chioſa *nel Cap. 1. in verb. Proviſionem, de elect. in 6.* inſegnano il Ripa *nel Cap. Eam te, num.* 11. *de reſcriptis*, il Fagnano *nel Cap. Nullus, num. 9. e nel Cap. Nihil, num. 29. de electione*, il Barboſ. *Jur. Eccleſ. univerſ. lib. 1. cap. 9. num.* 14. e da Noi viene anche oſſervato nel noſtro Trattato *de Synodo Diœceſana* dell' ultima ſtampa *al lib. 2. c. 5. num. 3.*

Termine preſcritto ai Veſc. per farſi Conſecrare.

§. 2. Il paſſo adunque, ch' ella oggi dee fare, è quello della conſecrazione, che, camminando colle Regole preſcritte dal predetto ſacro Concilio di Trento *alla Seſſ. 23. cap. 2. de Reform.* dee prenderſi da lei dentro il trimeſtre, che dal dì della confermazione traſcorre; ed avendoci ella ne' diſcorſi fatti con Noi aſſerito, e dimoſtrato, d' aver ricevuti gli Ordini Sacri del Diaconato e del Presbiterato dal Noſtro Predeceſſore e Benefattore Benedetto XIII. il Diaconato ai 30. di Settembre 1728. nella Cappella di S. Pio del Palazzo Apoſtolico di San Pietro, il Sacerdozio agli 11. di Giugno 1729. nella Baſilica Vaticana; ciò ha dato campo al diſcorſo, ed all' indagine, ſe la conſecrazione in Veſcovo debba farſi da Noi, e non da altri, o almeno da altri con noſtra licenza, e commiſſione.

Queſtione inſorta, ſe chi è ſtato, ordinato Sacerdote dal Papa, poſſa eſſere conſacrato Veſcovo da altri, che dal ſolo Papa.

§. 3. Celebre è il Teſto del Pontefice Innocenzo III. *nel Cap. Cum in diſtribuendis, de temporibus Ordinationum*, in cui riſponde al Veſcovo di Modena, ch' eſſendo ſtato il Cherico da lui raccomandato, fatto Suddiacono in Roma, dava al Veſcovo di Bologna, (che in quel tempo era Gerardo Arioſti, come può vederſi nel Sigonio *al lib. 2. de Epiſcopis Bononienſibus nella di lui Vita*) la commiſſione, che gli daſſe l' Ordine del Diaconato. e queſto è il Teſto Capitale, a cui s' appoggia la comune ſcuola de' Canoniſti, per aſſerire, che chi è ſtato ordinato dal Papa, non può eſſer promoſſo agli Ordini ſuperiori, ſe non dal Papa, o da altri colla di lui eſpreſſa premiſſione. *Ordinatus a Papa, ſine licentia Papæ ad ſuperiores Ordines non promovetur*: queſte ſono le parole del ſommario del teſto. Noi ci aſterremo dal portar quì i detti degli antichi Canoniſti ſopra la citata Decretale; ſapendo ognuno, che ha un poco di pratica delle loro Opere, che per lo più quanto è detto da uno, viene traſcritto dagli altri. Porteremmo ſolo l' autorità di due più recenti. Uno è l' Altaſerra *nei Commenti al detto Cap. Cum in diſtribuendis*, ove così ſcrive: *Semel ordinatus a Summo Pontifice, non poteſt recipere ſuperiores Ordines ab alio Antiſtite, ſine mandato ipſius Pontificis*. L' altro è il Layman *ſopra lo ſteſſo teſto*, ove così ſcrive: *Eſt autem hoc ſpeciale in Pontifice, & videtur accipiendum de omnibus Ordinibus, etiam prima Tonſura, ut qui eam a Pontifice accepit, ab alio Epiſcopo ſine licentia Papali ordinari non poſſit.*

Generale interpretazione data al teſto, che l' Ordinato dal Papa, non poſſa eſſer promoſſo agli Ordini maggiori da un' inferiore.

Si dimoſtra poco fondata.

§. 4. Riflette ſecondo il ſuo ſolito, con molta accuratezza il Padre Criſtiano Lupo *nella part. 4. ſopra i Canoni de' Sinodi Generali, e Provinciali*, della ſtampa di Bruſſelles, *pag.* 448. che, parlando il

ANNO 1756 LXIV.

CONSECRATIO

Electi in Epiſcopum, qui fuerat a Pontifice Ordinatus Presbyter, an ab ipſo Pontifice, vel ex ſpeciali ejus delegatione, ſit peragenda.

Dilecte Fili Carolo Electo Epiſcopo Juſtinopolitano.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Noſter, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Proviſionis Conſiſtorialis quinam ſit effectus.

IN poſtremo ſecreto Conſiſtorio per Nos habito die 20. proxime ſuperioris menſis Septembris, ementitam virtutem tuam præ oculis habentes, te in Juſtinopolitanum Epiſcopum propoſuimus; cumque de eo Epiſcopatu proviſum tibi fuerit, præmiſſis antea omnibus, quæ a Sacro Tridentino Concilio *Seſſ. 24. cap. 1. de Reformat.* & Conſtitutionibus Apoſtolicis præſcribuntur, electus ipſe merito dici potes, ac confirmatus; communis quippe Doctorum ſententia eſt, proviſionem in Conſiſtorio factam, habere vim electionis inſimul & confirmationis. Ita poſt Gloſſam *in Cap. 1. verb. Proviſionem, de elect. in 6.* docent Ripa *in Cap. Eam te, num.* 11. *de Reſcript.* Fagnanus *in Cap. Nullus n. 9. & in Cap. Nihil, n. 29. de elect.* Barboſa *Jur. Eccleſ. Univ. lib. 1. c. 9. num.* 14. & a Nobis quoque advertitur in Noſtro Tractatu de Synodo Diœceſana noviſſimæ editionis *lib. 2. cap. 5. num. 3.*

Epiſc. Conſec. ſuſcipiendæ terminus.

§. 2. Quod itaque tibi adhuc reliquum ipſa Conſecratio eſt, quæ, juxta regulas a Sacro Tridentino Concilio præſcriptas *Seſſ. 23. Cap. 2. de Ref.* intra trimeſtre, a die confirmationis tuæ ſupputandum, eſt a te ſuſcipienda; cumque in collatis nobiſcum ſermonibus aſſerueris, oſtenderiſque, Sacros Diaconatus & Presbyteratus Ordines fuiſſe tibi a Prædeceſſore Noſtro, nobiſque munifico Benedicto XIII. collatos, Diaconatum quidem die 30. Septembris 1758. in Sacello S. Pii in Palatio Apoſtolico Vaticano, Presbyterorum autem 11. Junii 1729. intra Vaticanam Baſilicam; effecit id, ut in examen diſputationemque veniret, num ſucceſſiva in Epiſcopum Conſecratio a Nobis, præterea nemine, vel certe quidem ab alio ex Noſtra ad id ſibi delegata auctoritate, confici debeat.

Suborta quæſtionum Ord. Presbyter a Pontif. tantum potuı̈ conſecrari Epiſcopus.

§. 3. Celebris eſt Textus Innocenti III. Pontificis in *Cap. Cum in diſtribuendis, de temporibus Ordinationum*, quo Mutinenſi Epiſcopo reſcribit, quandoquidem commendatus ab ipſo Clericus, Romæ Subdiaconatum ſuſceperat, indulgere ſe Bononienſi Epiſcopo, (tunc temporis Gerardo Arioſti, uti videre eſt apud Sigonium *lib. 1. de Epiſcopis Bononienſibus, in Vita ejuſdem*) facultatem ipſum promovendi ad Ordinem Diaconatus: eſtque hic præcipuus Textus, cui univerſa Canoniſtarum ſchola innixa docet, ordinatum a Papa, non poſſe ad ſuperiores Ordines promoveri præterquam a Papa, vel ab alio, cui id muneris ipſe delegarit. *Ordinatus a Papa, ſine licentia Papæ ad ſuperiores Ordines non promovetur*: ſunt hæc concepta verba epitomes textus. A colligendis hic veterum Canoniſtarum dictis in præcitatam Decretalem temperabimus, cum unicuique in eorum operibus evolvendis parumper verſato perſpectum ſit, plerumque alterius dicta ab altero tranſcribi. Unius tantummodo, alteriuſque ex recentioribus verba afferemus. Altaſerra eſt alter, in Commentariis ad citatum *Cap. Cum in diſtribuendo*, ubi hæc adnotat: *Semel ordinatus a Summo Pontifice non poteſt recipere ſuperiores Ordines ab alio Antiſtite, ſine mandato ipſius Pontificis.* Alter eſt Layman *in eumdem textum*, ubi ita ſcribit: *Eſt autem hoc ſpeciale in Pontifice, & videtur accipiendum de omnibus Ordinibus, etiam prima Tonſura, ut qui eam a Pontifice accepit, ab alio Epiſcopo ſine licentia Papali ordinari non poſſit.*

Indefinita interpretatio textus de Ordinatis a Papa ad ſuperiores Ordines non promovendis ab infer.

Minus firma convincitur.

§. 4. Pater Chriſtianus Lupus *par. 4. in Canones Synodorum Generalium & Provincialium editionis Bruxellenſis pag.* 488., accuratius, de more, animadvertit, textum *in Cap. Cum in diſtribuendis de temporib.*

Ordi-

Ordinationis, quum ſcriptus appareat de Clerico Romanæ Eccleſiæ obſequiis addicto, uti ex his verbis colligitur: *Eccleſiæ Romanæ Subdiaconus erat*; ſibi quidem vindicare poſſe locum quoad eos, qui in eorum Ordinatione fuerant alicui Urbis Eccleſiæ adſcripti; propterea quod prohiberentur ii, deſerto illius ſervitio, ad aliam tranſire Eccleſiam, accepturi ab ejuſdem Epiſcopo ſuperiores Ordines, quibus a Romano Pontifice non fuerant in Urbe initiati. *Quiſquis ſemel in hac Eccleſia* (de Romana Eccleſia loquitur S. Gregorius) *Ordinem Sacrum acceperit, egrediendi de ea licentia ulterius non habet*, ita plane *in Epiſt. 38. l. 5. indict. 13. pag. 673. tom.* 2. Maurinæ editionis. Verum eumdem ait neque poſſe protendi, neque debere, ad alios, qui Romam adventantes, pio quodam ſtudio Subdiaconatum vel Diaconatum ſibi conferri obtinebant a Pontifice, nec tamen a Pontifice ſervitio alicujus Eccleſiæ Urbis adſcribebantur, ſed poſtquam fuerant ſacro Ordine inſigniti ad proprias abſcedebant Diœceſes, ſervitio alicujus Eccleſiæ per ſuos Epiſcopos addicti; permodeſte innuens idem Pater Lupus, quam neceſſe ſit, aliis collectis monumentis demonſtrare, initiatos *honoris cauſa* in Urbe per Pontificem aliquo Sacro Ordine, ſubindeque ad proprias regiones reverſo, nequiviſse ad ſuperiores Ordines, præter quam a Romano Pontifice, vel ab alio ad id per ipſum delegato, promoveri. *Voces* (inquit Pater Chriſtianus Lupus) *Erat Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus*; evincunt, *illum fuiſſe Romano Cardinali adſcriptum*, etſi textus epigraphe latiorem ipſis ſenſum attribuat. *Verum Capituli epigraphe facit ſenſum ampliorem: Ordinatus a Papa, ſine licentia Papæ ad ſuperiores Ordines non promovetur*: pergit idem Lupus.

Aliunde tamen comprob. poteſt aſſertio.

§. 5. Non innuit Lupus monumenta, quibus evincitur, ipſos quoque ordinatos a Papa *honoris cauſa*, nulliuſque Eccleſiæ ſervitio in Urbe addictos, nequiviſse ſuperiores Ordines, niſi ab uno Papa ſuſcipere, vel ab alio Epiſcopo Pontificia ad id delegatione inſtructo; etſi profiteatur ſe ſequi opinionem aſſerentem, Ordinatum a Pontifice honoris cauſa, ab eodem tantummodo, vel ab alio ex præobtenta Pontificis facultate, poſse ad reliquos Ordines promoveri. Verum curabimus ipſi opportuna quæque ad rem hanc inveſtigare, traditaſque ab aliis rationes ad eam firmandam colligere.

Prænotiones quædam in elucidationem adſtruendæ doctr.

§. 6. In Dictato S. Gregori VII. duo extant Canones, quorum alter eſt decimuſquartus hiſce verbis conſtans: *Quod Papa de omni Eccleſia, quacumque voluerit, Clericum valeat ordinare*; decimus quintus eſt alter, qui hæc habet: *Quod a Papa ordinatus, alli Eccleſiæ præeſſe poteſt, ſed non militare; & quod ab aliquo Epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere*. Horum textuum primus generalis eſt, afficitque non minus Ordinationes Clericorum ex alienis Diœceſibus fieri ſolitas per Pontifices, ut illorum miniſterio in Urbe uterentur, quam cæterorum etiam inaugurationes, qui *honoris cauſa* ordinati, ſubinde in proprias regiones diſcedebant. Alter vero de iis tantum loquitur, qui in Urbe ordinati per Pontificem, Romanæ Eccleſiæ adſcribebantur: & quamvis propoſitum ibi interdictum recipiendi ſuperiores Ordines ab alio Epiſcopo, videatur ad eos cohibitum, de quibus eſt ſermo in Canone; ipſi tamen addemus, Nos primum allatorum Canonum protuliſſe, ad innuendam tantummodo auctoritatem Romani Pontificis initiandi Ordinibus cæterorum Epiſcoporum ſubditos, non ſolum ut eorum miniſterio & opera in Urbe utatur, ſed etiam ad id ſolum, ut eos hujuſmodi decore, honore, integra ipſis præſervata libertate ad ſuas redeundi Diœceſes, haud tamen ſepoſito conſilio derivandi ſubinde ex aliis fontibus Jus Pontificium, ne qui ab ipſo Pontifice etiam honoris cauſa ordinatus fuerit, valeat a quorumque, præter quam ab eo, vel ab alio ex ejuſdem delegatione, ſuperioribus Ordinibus inaugurari.

Solidius prædd. doctr. fundam.

§. 7. Duodecimo vertente ſæculo, Mediolanenſi præerat Eccleſiæ Archiepiſcopus Philippus Lampugnanus; cumque Mediolani plures exiſterent Clerici per Pontificem in Urbe ordinati, quos propterea nequibat ipſe, non præobtenta a Pontifice faculate, ad ſuperiores Ordines promovere, licet eorum opera indigeret Eccleſia, Innocentium III. Pontificem conſuluit, quomodo ſe gerere ea in re deberet, Epiſtolæ

teſto *nel Cap. Cum in diſtribuendis, de temporib. Ordinat.* d'uno che era addetto al ſervizio della Chieſa Romana, come ſi raccoglie dalle parole. *Eccleſiæ Romanæ Subdiaconus erat*; potrà in detto teſto aver luogo in quelli, che nella loro Ordinazione erano ſtati aſſegnati a ſervire qualche Chieſa in Roma, eſſendo loro proibito l'abbandonare il ſervizio, e portarſi ad altra Chieſa, ricevendo dal Veſcovo d'eſſa gli Ordini ſuperiori, che non avevano dal Papa ricevuti in Roma. *Quiſquis ſemel in hoc Eccleſia* parla S. Gregorio della Chieſa Romana, *Ordinem ſacrum acceperit, egrediendi de ea licentiam ulterius non habet*: così *nella lettera 38. del lib. 5. ind. 13. pag. 763. al tom.* 2. dell'edizione Maurina. Ma nè potrà, nè dovrà eſtenderſi agli altri, che venendo a Roma, ricevevano per divozione il Suddiaconato, o il Diaconato dal Papa, nè erano dal Papa aſcritti al ſervizio di veruna Chieſa in Roma; ma dopo di avere ricevuto da eſſo l'Ordine Sacro, ritornavano alle loro Dioceſi, impiegati dai loro Veſcovi al ſervigio di qualche Chieſa: additando lo ſteſſo Padre Lupo con molta modeſtia la neceſſità che v'è, di comprovare con altri monumenti, che gli ordinati *honoris cauſa* in Roma dal Papa a qualche Ordine Sacro, e ritornati ai loro Paeſi, non poteſſero ricevere gli Ordini ſuperiori, che o dal Sommo Pontefice, o da altri per ſua commiſſione. *Voces* (dice il Padre Criſtiano Lupo) *Erat Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus: evincunt, illum fuiſſe Romano cardini adſcriptum*; ancorchè l'epigrafe del teſto gli dia un ſenſo più ampio: *Verum Capituli epigraphe facit ſenſum ampliorem: Ordinatus a Papa, ſine licentia Papæ ad ſuperiores Ordines non promovetur*, proſiegue lo ſteſſo Lupo.

Con altri fondam. ſi può per altro provar vera la propoſizione.

§. 5. Non accenna il Lupo i monumenti, col quali ſi prova, che anche gli ordinati dal Papa *honoris cauſa*, e ſenza eſſer aſcritti al ſervigio di veruna Chieſa di Roma non potevano ricevere gli Ordini ulteriori, che o dal Papa, o da altro Veſcovo di ſua commiſſione; ancorchè ſi proteſti ſeguace della ſentenza, che l'ordinato dal Papa *honoris cauſa*, non può ricevere gli altri Ordini, che da eſſo, o da altri di ſua licenza. Ma Noi c'ingegneremo di rinvenire il neceſſario per l'aſſunto, e di unire le ragioni dette dagli altri per convalidarlo.

Prenotazioni opportune per dilucidazione della dottrina da ſtabilirſi.

§. 6. Nel Dittato di S. Gregorio VII. ſi ritrovano due Canoni. Uno è il decimo quarto, che è concepito colle ſeguenti parole: *Quod Papa de omni Eccleſia, quacumque voluerit, Clericum valeat ordinare*. E l'altro è il decimo quinto, che è concepito colle ſeguenti parole *Quod a Papa ordinatus, alli Eccl. poteſt, ſed non militare: & quod ab aliquo Epiſcopo non debet ſuperiorem gradum accipere*. Il primo di queſti due Canoni è generale, e comprende non meno le Ordinazioni de' Chierici delle altre Dioceſi, che ſi facevano dai Papi per ſervirſi degli ordinati in Roma: che degli altri, che erano ordinati *honoris cauſa*, e che poſcia ritornavano ai loro Paeſi. Il ſecondo dei predetti due Canoni ſembra riſtretto, a quelli, che ſi ordinavano dal Papa in Roma, e venivano aſcritti alla Chieſa Romana: E quantunque la probizione di non poter ricevere gli Ordini ſuperiori da altro Veſcovo ſembri riſtretta a quelli, de' quali ſi parla nel detto Canone; Noi però ſoggiungeremo aver allegato il primo de' detti due Canoni unicamente per additare l'autorità del Romano Pontefice di conferire gli Ordini ai ſudditi degli altri Veſcovi, non ſolo per ſervirſene in Roma, ma ancora per onorarli, laſciando loro la libertà di ritornare alle loro Dioceſi; ſenza però abbandonare l'idea di ricavare poi da altri fonti il diritto Papale, che anche l'ordinato da lui *honoris cauſa*, non può, che da lui, o da altri di ſua commiſſione, ricevere gli Ordini ſuperiori.

Più forte baſa, ſu cui fondare la dottrina addotta da principio.

§. 7. Nel ſecolo XII. reggeva la Chieſa in Milano l'Arciveſcovo Filippo Lampugnano, ed eſſendo in Milano molti Chierici, che erano ſtati ordinati dal Papa in Roma, e che eſſo perciò non poteva ſenza di lui licenza ordinare agli Ordini ſuperiori, ancorchè la Chieſa ne aveſſe biſogno, domandò al Pontefice Innocenzo III. come doveva regolarſi. Il tenore della lettera è riferito nella riſpoſta del eſſer-

eſſervi fra gli Autori chi non ammette il ſopradetto Papa: *Sicut ex tenore tuarum litterarum accepimus, Mediolanenſis Eccleſia tam in capite, quam in membris, occaſione Clericorum illorum, qui ab ipſo Romano Pontifice Ordinem receperunt, adeo eſt Miniſtrorum ſolatio deſtituta, ut paucos Clericos in eadem Eccleſia valeas invenire, quos ad Diaconatus, & Presbyteratus poſſis officium promovere*. Proſiegue il Papa nell'eſporre, che il Veſcovo gli domandava licenza di poter fare l'Ordinazione de' predetti; e conchiude, che gliela dà, purchè quelli, che vuol ordinare, ſiano abili, e vogliano eſſere ordinati: *Verum, quia Fraternitas tua ſuppliciter a Nobis expetit, ut ipſius Eccleſiæ neceſſitatem ſollicitudine Paterna penſantes, tibi deberemus licentiam indulgere, manus poſſe illis Ordinationis imponere: ſuper hoc tuæ Fraternitati taliter duximus reſpondendum, quod, ipſius Eccleſiæ neceſſitate penſato, ſi aliqui fuerint de ſupradictis Clericis, qui ad hoc videantur idonei, & ſpontanea voluntate per tuum miniſterium voluerint ad Sacros Ordines promoveri, eos auctoritate noſtra tibi liceat ordinare*: alludendo Innocenzo in quelle parole; *ſpontanea voluntate*, al privilegio, che gli ordinati dal Papa non poſſano contra la loro volontà eſſer aſtretti a ricevere gli Ordini ſuperiori; del qual privilegio ampiamente diſcorre l'Halliere *de Sacris Ordinationibus part. 2. ſect. 5. cap. 3. art. 9. §. 1. in fin.* facendone anche menzione la Chioſa *nel cit. Cap. Cum in diſtribuendis, in verb. Indultum, de temporibus Ordination.* ove parlando de' privilegj competenti all'ordinato dal Papa, fra gli altri vi enumera il ſeguente; *Non poteſt cogi ab Epiſcopo recipere ordines*, cioè i ſuperiori che non aveva ricevuti dal Papa.

Altro privilegio di chi è ſtato ordinato dal Papa, di non eſſere contro ſua voglia promoſſo.

Si prova ad evidenza, che il teſto poc' anzi allegato definiſce appunto la preſente queſt.

§. 8. Erano i Chierici, de' quali ſi parla nella lettera, in Milano, ed erano ſtati ordinati dal Papa in Roma. Erano adunque ſtati ordinati *honoris cauſa*, e non erano ſtati addetti al ſervizio della Chieſa Romana. E ſe queſti non potevano aſcendere agli Ordini ſuperiori, e non potevano riceverli dall'Arciveſcovo di Milano ſenza la licenza del Papa, da cui avevano ricevuti gli Ordini minori; ecco il caſo degli ordinati *honoris cauſa* dal Sommo Pontifice, e che dal ſolo Sommo Pontefice, o da altri colla di lui licenza potevano ricevere gli Ordini ſuperiori. La lettera d'Innocenzo è *la 22. del lib. 1. nel tom. 1.* edizione del Baluzio, ed è ancora ſtampata nella bell'Opera poſtuma *degli Arciveſcovi di Milano* del Saſſi *al tom. 2. pag.* 624. e benchè non ſi ritrovi inſerita nella Compilazione delle Decretali di Gregorio IX., della quale ci ſerviamo nelle ſcuole, e nel foro, non perde perciò il vigore, e l'autorità di legge Canonica: come ſi deſume *dal Can. Si Romanorum, diſt.* 19. ed ampiamente proſieguono il Cardinale Turrecremata *in Summa, de Eccleſia lib. 2. cap.* 108. il Fagnano *nel Cap. Statuimus, num. 42. de ſupplenda negligentia Prælatorum*, il Cardinale de Aguirre *in Defenſione Cathedræ S. Petri, tract. 2. diſp. 30. ſect. 3.* non eſſendo riſtretta la giuriſprudenza Canonica alla ſola ſopradetta Compilazione delle Decretali, ma eſtendendoſi ancora alle lettere de' Sommi Pontefici, che ſono fuori d'eſſa, a tante altre Pontificie Coſtituzioni, che non ſono in eſſa inſerite, ad a tanti altri fonti, cogniti a tutti quelli, che trattano le materie Canoniche colla dovuta accuratezza.

Fonti della Giuriſprudenza Canonica.

L'addotta ſentenz. ſi conferma coll'autorità, ragione, ed eſempj.

§. 9. Oltre il Padre Lupo di ſopra più volte nominato, concordano nell'aſſerzione, che l'ordinato dal Papa *honoris cauſa*, non può ricevere gli Ordini ſuperiori, che dal Papa, o da altro Veſcovo colla di lui licenza, l'Hallier *nel luogo citato*, ed il Gonzalez *nel Cap. Cum in diſtribuendis, num. 2. de temporib. Ordination.* e comunemente gli altri. E benchè unicamente ſi riferiſcano al predetto teſto *Cum in diſtribuendis*, e non facciano veruna menzione della lettera 22. del Pontifice Innocenzo III., non laſciano però d'eſporre quanto può favorire al loro aſſunto; cioè che giuſta le regole generali, non può l'inferiore porre le mani ove il Superiore ha poſte le ſue. Dicono in oltre, che ſe in quel giorno, in cui il Veſcovo ha celebrata la Meſſa ſopra un altare, non può nello ſteſſo giorno un ſemplice Sacerdote celebrarla nello ſteſſo, ſenza licenza del Veſcovo, come ſi vede *nel. Can. ult. de Conſecrat. diſt.* 2. con molto maggior ragione non potrà il Veſcovo fare la ſacra Ordinazione ſopra l'Altare vivo, in cui il Pontefice Romano ha conferito il Sagramento dell'Ordine, ſenza la di lui eſpreſſa licenza. Sappiamo,

Un ſemplice Sacerdote non può celebrare nello ſteſſo giorno all'Altare dove prima ha celebrato il Veſcovo, ſenza ſua licenza.

fatum Epiſcopale privilegium non agnoſcit, aſſerens ſumma in Pontificio reſponſio affertur: *Sicuti ex tenore tuarum litterarum accepimus, Mediolanenſis Eccleſia tam in capite, quam in membris, occaſione Clericorum illorum qui ab ipſo Romano Pontifice Ordinem receperunt, adeo eſt miniſtrorum ſolatio deſtituta, ut paucos Clericos in eadem Eccleſia valeas invenire, quos ad Diaconatus, & presbyteratus poſſis officium promovere*. Pergit Pontifex referens, petiiſſe Epiſcopum facultatem ordinandi præfatos, concluditque, ſe eamdem ipſi indulgere, modo ii, quos promovere conſtituit, idonei ſint, ſeque promoveri conſentiant: *Verum quia Fraternitas tua ſuppliciter a Nobis expetit, ut ipſius Eccleſiæ neceſſitatem ſollicitudine paterna penſantes, tibi deberemus licentiam indulgere, manus poſſe illis Ordinationis imponere, ſuper hoc tuæ Fraternitati taliter duximus reſpondendum, quod, ipſius Eccleſiæ neceſſitate penſata, ſi aliqui fuerint de ſupradictis Clericis, qui ad hoc videantur idonei, & ſpontanea voluntate per tuum miniſterium voluerint ad Sacros Ordines promoveri, eos auctoritate Noſtra tibi liceat ordinare*. Innuens Innocentius, illis verbis; *ſpontanea voluntate*, privilegium, quo fruuntur Ordinati a Pontifice, ne inviti ſuperiores Ordines ſuſcipere adigantur; quo de privilegio late diſſerit Hallier *de Sacris Ordinationibus part. 2. ſect. 5. cap. 3. art. 9. §. 1. in fine*, meminitque etiam Gloſſa *in Cap. Cum in diſtribuendis, in verb. indultum, de temporibus Ordinat.* ubi loquens de privilegiis competentibus Ordinato per Pontificem, inter cætera hoc quoque recenſet, *non poteſt cogi ab Epiſcopo recipere Ordines*; ſuperiores nimirum, qui ſibi non fuerant a Pontifice collati.

Alterum privileg. Ordinati a Papa, ut invitus non cogatur ad ſuperiorem Ordinem aſcendere.

Superius adducti textus ſanctione præſentem plane caſum definiri demonſt.

§. 8. Clerici, quos commemorat Epiſtola Mediolani degebant, fuerantque Romæ a Pontifice ordinati; fuerant ergo ordinati *honoris cauſa*, nullique Urbis Eccleſiæ addicti. Et ſi hi nec ad ſuperiores Ordines conſcendere, nec eoſdem poterant ſuſcipere a Mediolnaenſi Archiepiſcopo ſine licentia Pontificis, a quo fuerant minoribus Ordinibus initiati; en Nobis plane caſum Ordinatorum *honoris cauſa* a Summo Pontifice, qui ab uno Sommo Pontifice, vel alio ex Pontificia facultate, poterant ſuperiores Ordines recipere. Innocentii Epiſtola eſt *num. 22. lib. 1. tom.* 1. Balutianæ editionis, eſtque etiam impreſſa in præclaro Opere poſthumo *De Archiepiſcopis Mediolanenſibus* Saſſii *tom. 2. pag.* 264. & licet in Collectionem Decretalium Gregorii IX., qua utimur in ſcholis, & foro, non ſit relata, haud tamen propterea vim auctoritatemque amittit Canonicæ legis; uti colligitur *ex Can. Romanorum id diſt.* 19. latiuſque proſequuntur Cardinalis Turrecremata *in Summa, de Eccleſia lib. 2. cap.* 108. Fagnanus *in Cap. Statuimus num. 42. de ſupplenda negligentia Prælatorum*, Cardinalis de Aguirre *in Defenſione Cathedræ S. Petri tractat. 2. diſputat. 30. ſect. 3.* Neque enim Juriſprudentia Canonica circumſcribitur præfata Decretalium compilatione, ſed complectitur quoque Epiſtolas Summorum Pontificum in ea non comprehenſas, aliaſque Conſtitutiones Pontificias in eamdem non relatas, totque præterea fontes, apprime perſpectos omnibus, qui Canonicam facultatem qua decet diligentia, pertractant.

Jus Can. ex quibus coaleſcat.

Auctorit. ratione, exemplique confirmatur allata ſententia.

§. 9. Præter Patrem Lupum iterato ſuperius memoratum, in eam ſententiam, quod ordinatus a Papa *honoris cauſa* non poſſit ſuperiores Ordines ſuſcipere, præterquam a Papa, vel ab illo Ep. de ejuſdem licentia, conſentiunt Hallier. *præcit. loco*, & Gonzalez *in Cap. Cum in diſtribuendis n. 2. temp. Ordinat.*, & reliqui paſſim. Et quamvis ſe referant tantummodo ad præcit. textum *Cum in diſtribuendis*, nihilque memminerint de Epiſt. 22. Pontificis Innocentii III. non tamen omittunt aliquid afferre, quod propoſitam ſententiam firmam valeat; nimirum, juxta generalia præcepta, non licere Inferiori manus apponere iis, quæ fuere Superioris manibus ſubjecta. Addunt præterea, ſi quo die Epicopus Sacrificium obtulit ad certum Altare, non permittitur ſimplex Sacerdos ad illud, eodem die, ſine ipſius Epiſcopi licentia, celebrare, uti noſcitur *ex Can. ult. de Conſecrat. diſt.* 2. multo potiori jure abjudicandam Epiſcopo facultatem ſacram peragendi Ordinationem ſupra Altare vivum, in quo Romanus Pontifex Ordinis Sacramentum contulit, expreſſa ab eo non præobtenta licentia. Scimus inter Auctores reperiri non neminem, qui præfatum

Ad quod Altare celebravit Epiſcop. nequit eodem die celebrare ſimplex Sacerdos ſine ejus licentia.

ANNO 1756.

vel illud nunquam obtinuiſſe, vel contraria conſuetudine fuiſſe ſublatum, uti videre eſt apud Paſqualigum *de Sacrificio novæ legis t. 2. quæſt.* 1236. Verum ſepoſito, quod hi communi adverſantur ſententiæ, & in bene conſtitutis Diœceſibus, Epiſcopale privilegium religioſe cuſtoditur, ut omni Nos impedimento explicemus, ne latum quidem unguem a propoſita comparatione recedentes, dicimus, ſuper Pontificia Altaria intra Patriarchales Urbis Baſilicas exiſtentia, non poſſe quemquam celebrare Miſſam, niſi id ipſi fuerit a Romano Pontifice per Apoſtolicum Breve indultum; uti noſcitur ex libro *Sacrarum Cæremoniarum* attributo Chriſtophoro Marcello *lib. 3. ſect. 1. cap. 11.* & uti etiam accurate animadvertitur a prædefuncto Sacellano Noſtro Dominico Georgio *in ſua Liturgia Romani Pontificis tom. 2. diſſert. 1. cap. 1. num. 4.* & per Nos quoque in ea, quam habuimus, allocutione cum Ara major Liberianæ Baſilicæ fuit conſecrata, quæ allocutio impreſſa legitur *in appendice ad tom. 3. Bullarii Noſtri, eſtque numero 3. §. 3.* Neque id tantum obtinet quoad Altaria Patriarchalium Urbis Baſilicarum: Quapropter Nos præ oculis habentes id, quod geſſit Sixtus V. Pontifex, cum ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem dono mittens Altaris menſam a ſe conſecratam, ſuper quam, in Sanctorum Album referens S. Didacum, Miſſæ Sacrificium obtulerat, Perſonas ſimul deſignavit, quibus indulgebat, ut ad idem Altare Miſſam celebrarent; idem plane præſtandum duximus tunc quum ad cl. mem. Joannem V. defunctum Luſitaniæ Regem miſimus Altare a Nobis conſecratum in Eccleſia S. Antonii Luſitanæ Nationis in Urbe; uti videre eſt ex Noſtris litteris ad præfatum Regem datis die decima quinta Januarii 1745. jam typis evulgatis. Quod ipſum denique iterato præſtitimus quoad Altare Aſſiſienſis Baſilicæ, Papale & ipſum declaratum: ſancivimus namque in Noſtra Conſtitutione incipiente *Fidelis Dominus*, data ſub annum 1754., inſerenda *tom. 4. Bullarii Noſtri*, qui nunc colligitur, & imprimitur, ne cui liceat in ipſo ſacra peragere myſteria ſine expreſſo Indulto Apoſtolico: ſubindeque eadem in Conſtitutione Perſonas deſignavimus, quibus offerendi ad præfatum Altare Sacrificii facultatem indulgebamus. Animadverſum namque fuit, pro ea, quæ eſt inter Aſſiſium & Urbem diſtantia, fieri nullo modo poſſe, ut qui dignus haberi poterat celebrandi ex religioſo quodam affectu ad prædictum Altare, peculiare indultum obtineret.

Similis vigenſque prohibitio celebrandi ſuper Altaribus Pontificiorum Baſilicarum Urbis.

Alia quædam Altaria extra Urbem ſimili privilegio donata.

Status, repetitus præſentis quæſtion.

§. 10. Conſtituto autem, datoque ut qui etiam *honoris cauſa* Romano Pontifice recepit inferiorem Ordinem, puta, Diaconatum, non poſſit ab Inferiore ad Presbyteratus Ordinem promoveri, ſed a Romano Pontifice, vel alio, de illius tamen licentia, ſit promovendus: inveſtigandum expendendumque ſupereſt, num idem affirmari debeat de eo, qui ordinatus Presbyter a Pontifice, conſecrandus eſt in Epiſcopum, nimirum, an conſecratio in Epiſcopum ſit a Pontifice, vel alio per ipſum delegato peragenda, quod Inferiori id agere non liceat. Hic autem Nobis videris vehementer cauſa noſtra commoveri, quaſi ingreſſi ſimus immenſum pelagus Scolaſticarum quæſtionum, an ſcilicet Epiſcopatus ſit Ordo a Presbyteratu diſtinctus, num *adæquate*, vel potus *inadæquate* diſtinctus, num Character in Epiſcopali Conſecratione impreſſus alius ſit a Charactere impreſſo in ſuſceptione Presbyteratus, vel potius ſit ejuſdem extenſio; eoque vehementius cauſa Noſtra commoveri videris, perpendens animo, inveſtigandum Nobis fore hiſtoricum factum, quod conferre plurimum poterit ad præfatas involutas Quæſtiones Scolaſticas elucidandas; eſtque illud; an fuerit unquam ad Summum Pontificatum, vel ad Epiſcopatum canonice promotus, qui Presbyter non eſſet, ſed ſimplex Diaconus, antea ipſi non collato Prdsbyteratu, ſed tantummodo eidem miniſtrata Epiſcopali Conſecratione, ex ea perſuaſione, quod inſit videlicet Epiſcopali Conſecrationi *eminenter*, ut ajunt, collationem Ordinis Presbyteralis: de qua quidem celebri controverſia, Æneas Pariſienſis Epiſcopus in ſuo libro *adverſus objectiones Græcorum pag.* 210. apud Lucam de Achety *tom. 7. Spicilegii pag.* 148. primus ad refellendam Græcorum objectionem, de qua inferius redibit ſermo, in partem affirmantem conceſſit; cui quoque adhæſere Pater Ma-

Scolaſt. quæſtion. de Ordin. & Charactere Ep.

Hiſtorica quæſtio, an unquam Diaconus, non ſuſcepto prius Presb. fuerit conſecratus Epiſc. ac diſcrepantes Auctorum ſentent.

privilegio del Veſcovo; aſſerendo, o non eſſervi mai ſtato, o eſſere ſtato tolto dalla contraria conſuetudine: come può vederſi nel Paſqualigo *de Sacrificio novæ legis t. 2. qu.* 1236. Ma, preſcindendo, che la comune opinione è in contrario, e che nelle Dioceſi ben regolate il privilegio Veſcovile è in una piena oſſervanza; per uſcire da ogn' imbarazzo, e ſenza dipartirci dalla parità dell' Altare, diremo, che negli Altari Papali, che ſono nelle Patriarcali di Roma non può veruno celebrare la Meſſa, ſenza che ciò gli ſia conceſſo dal Romano Pontefice con un Breve Apoſtolico; come ſi vede nel Libro *delle ſacre Cerimonie*, attribuito a Criſtoforo Marcello, *lib. 3. ſect. 1. cap. 11.* e come anche viene accuratamente oſſervato dal noſtro defunto Cappellano Monſignor Giorgi *nella ſua Liturgia Romani Pontificis tom. 2. diſſert. 1. cap. 1. num.* 4. e da Noi medeſimi nella noſtra Allocuzione, che facemmo, quando fu conſecrato l'Altar maggiore della Baſilica Liberiana, quale Allocuzione è ſtampata *nell' Appendice al tom. 3. del noſtro Bollario*, ed è *la 3. al §. 3.* Nè ciò ſi reſtringe ai ſoli Altari delle Baſiliche Patriarcali di Roma: perlochè, coll' eſempio di quanto fece il Pontefice Siſto V. quando madò in dono al Re Filippo II. di Spagna la Tavola dell' Altare da eſſo conſacrata, ſopra cui aveva celebrata la Meſſa, facendo la Canonizzazione di S. Diego, avendo deſignate le perſone, alle quali concedeva, che poteſſero, ſu lo ſteſſo Altare dire la Meſſa, fu lo ſteſſo fatto da Noi, quando mandammo alla ch. mem. del defunto Giovanni Re di Portogallo l'Altare da noi conſecrato nella Chieſa di S. Antonio, Nazionale de' Portogheſi in Roma, come può vederſi nella noſtra lettera ſcritta al detto Re ſotto il giorno 15. di Gennajo 1745. già data alle ſtampe. Il che pure finalmente è ſtato da Noi praticato in ordine all' Altare della Baſilica d' Aſſiſi, dichiarato Papale; avendo nella noſtra Coſtituzione, che incomincia *Fidelis Dominus*, ſpedita l' anno 1754. che ſarà inſerita *nel tom 4. del noſtro Bollario*, che ſi va radunando e ſtampando, ſtabilito, che veruno in eſſo non poſſa celebrare ſenza un eſpreſſo Indulto Apoſt. ed avendo poi nella ſteſſa Bolla nominate perſone, alle quali concedevamo licenza di poter celebrare nel detto Altare la Meſſa, eſſendoſi riconoſciuto, che non era praticabile nella lontananza di Aſſiſi da Roma, che chi poteva meritare di celebrare la Meſſa nel detto Altare per ſua divozione, ſpediſſe un Indulto particolare.

PONT. A. XVII.

Simile interdetto di celebrare ſopra gli Altari Papali delle tre Baſiliche di Roma.

Altri Altari fuori di Roma, che godono lo ſteſſo privilegio.

§. 10. Fiſſato, ed ammeſſo, che chi anche *honoris cauſa* ha ricevuto dal Romano Pontefice l'Ordine inferiore, per eſempio l'Ordine del Diaconato, non può ricevere dall'inferiore l'Ordine del Presbiterato, ma lo dee ricevere o dal Romano Pontefice, o da altri colla di lui licenza; ſuccede ora il dover vedere, ed eſaminare, ſe lo ſteſſo debba dirſi di quello, che ha ricevuto dal Papa il Presbiterato, e che dee conſecrarſi Veſcovo; cioè, ſe la conſecrazione in Veſcovo debba farſi dal Papa, o da altri colla di lui licenza, non eſſendo ciò permeſſo all' inferiore. E quì ci pare di vedere, ch' ella grandemente ci compatiſca, quaſi che ſiamo in procinto di entrare nel pelago delle queſtioni ſcolaſtiche, ſe il Veſcovado ſia Ordine diſtinto dal Presbiterato, ſe ſia diſtinto *adæquate*, o pure *inadæquate*, ſe il Carattere, che nella conſecrazione Veſcovile s' imprime, ſia Carattere diſtinto dal Carattere impreſſo nel Presbiterato, o pure ſia un' eſtenſione dello ſteſſo: e ci pare di veder creſcere la ſua generoſa compaſſione verſo di Noi, conſiderando, che dovremo eſaminare un fatto iſtorico, che può molto contribuire al riſchiarimento delle ſopradette intrigate queſtioni ſcolaſtiche; ed è, ſe ſia mai legittimamente ſtato promoſſo al Sommo Pontificato, o al Veſcovado, chi non era Prete, ma ſemplice Diacono, ſenza prima ordinarlo Prete, e conferendogli ſemplicemente la conſecrazione Veſcovile, in ſequela della maſſima, che la conſecrazione Veſcovile comprenda in ſe *eminenter*, come ſi dice, la collazione dell' Ordine Prerbiterale: nella qual celebre controverſia Enea Veſcovo di Parigi nel ſuo Libro *adverſus objectiones Græcorum*, *pag.* 210. appreſſo Luca d' Achety *nel tom. 7. dello Spicilegio pag.* 148. fu il primo, che per riſpondere all' obbiezione de' Greci, della quale parleremo in appreſſo, aderì alla parte affermativa, alla quale pure

Si eſpone di nuovo, quali ſiano i preciſi termini della queſtione preſente.

Queſtioni agitate nelle ſcuole intorno all' Ordine Epiſcop. e di lui Carattere.

Queſtione iſtorica, ſe ſiaſi mai fatto Veſcovo un Diacono ſenza prima ordinarlo Prete, diverſità d' opinioni.

PONT. A. XVII.

pure hanno aderito il Padre Mabillon *ne' ſuoi Commentarj all' Ordine Romano nel tom. 2. del Muſeo Italiano pag.* 119. il Martene *de Antiquis Eccleſiæ Ritibus al lib. 1. cap. 8. art. 3. num.* 10. il Pagi *nel Breviario Romanorum Pontificum nella Vita di Sabiniano Pontefice*, il Sandini *nelle note alla Vita di S. Leone Magno*: e la negativa, è bravamente ſoſtenuta dal Molino *de Sacris Ordinationibus part. 3. exercit. 11. cap.* 2. ove così ſcrive: *nullum extat exemplum Epiſcopatus non Presbytero collati*: e lo ſteſſo viene aſſerito dal Juenin *de Sacramentis diſſert. 8. de Sacramento Ordinis in communi, qu. 8. cap.* 4. ed ecco le di lui parole: *Nulli umquam collatus fuit Epiſcopalis Ordo, niſi qui Presbyterali jam inſignitus eſſet*: e queſta ſteſſa ſentenza reſta pienamente confermata dall' erudito Sacerdote Catalano, ancor vivente, *ne' ſuoi belli Commentarj al Pontificale Romano tit. 13. de Conſecratione electi in Epiſcopum §. 7. num.* 3. Ma noi ci luſinghiamo di poter diſcorrere, e riſolvere il propoſto queſito, ſenza punto entrare nelle ſpinoſe queſtioni ſcolaſtiche, e ſenza l'impegno di dover aſſumere l'eſame del fatto iſtorico: nel quale quando doveſſimo entrare, direſſimo, non eſſer coſa tanto ſicura, quanto taluno ſi luſinga, che i Diaconi eletti Papi, o Veſcovi, non abbiano prima della conſecrazione Veſcovile preſo l'Ordine Presbyterale, ma ſiano dal Diaconato paſſati al Papato, o al Veſcovado, colla ſola conſecrazione Epiſcopale.

Ragioni che favoriſcono l' opinione negativa.

§. 11. Imperocchè (ſia quì lecito il notar di paſſaggio ed il far una non affatto importuna diſgreſſione) ſebbene ſi ritrovano molti, ch' erano ſemplici Diaconi, e che ne' primi otto ſecoli della Chieſa furono eletti Sommi Pontefici, ed anche ne' detti ſecoli ſi ritrovino molti Diaconi fatti Veſcovi, come ſi vede *nel Diurno de' Romani Pontefici*, ſtampato dall' Holſtenio, Opera del ſecolo ſettimo; il che deriva dall' ingerenza, che avevano i Diaconi, e particolarmente gli Archidiaconi, nel governo del Ponteficato, o del Veſcovado, come molto bene oſſerva il Papebrochio *nel Conato ſopra la Vita di S. Leone*, e proſiegue il Garnerio *nelle ſue note ſopra il citato Diurno de' Romani Pontefici al cap. 3. tit.* 3. e nelle Vite de' Diaconi fatti Papi non ſi faccia menzione dell' Ordine Presbiterale conferito ad eſſi prima della conſecrazione Veſcovile; da queſto antecedente però non può mai inferirſi una ſicura conſeguenza, che ad eſſi prima della conſecrazione Veſcovile non foſſe conferito il Presbiterato: anzi ha luogo la preſunzione; che, fattaſi menzione del primo eſtremo, cioè del Diaconato e dell' altro eſtremo, cioè del Veſcovado, non ſi ſiano traſcurati gli atti intermedj, e per conſeguenza la collazione del Presbiterato.

Obiezione di chi tiene affirmativa, e ſua riſpoſta.

§. 12. Riflettono, è vero, gli accurati, ed eruditi diſenſori del contrario parere, che, avendo Fozio fra le altre due oppoſizioni fatte contra la Chieſa Latina, inſerita ancor quella, che ſi eleggevano i Veſcovi, ch' erano Diaconi; ſenza prima farli Preti, dopo l'oppoſizione di Fozio ſi vede nell' elezione de' Diaconi in Papa chiaramente ed eſpreſſamente riferito, che prima della conſecrazione Papale, ſi era loro conferito l'Ordine Presbiterale. Ma ciò nemmeno baſta per aſſicurare l'aſſunto; potendoſi ſempre con molta probabilità replicare, che Fozio fra tante altre falſe accuſe propoſte contra la Chieſa Latina, propone ſſe ancor quella, che i Diaconi ſi facevano Veſcovi, ſenza prima dar loro l'Ordine Presbiterale, che il fondamento dell' accuſa fu per appunto da eſſo ricavato dal vedere, che negli atti dell' elezione de' Diaconi al Sommo Pontificato, o al Veſcovado, non ſi parlava della collazione del Presbiterato: e che però, per levare anche l'apparente preteſto, che diede fomento all' accuſa, foſſe creduto bene il far memoria nella Storia dell' elezione de' Papi, e de' Veſcovi, che erano Diaconi, dell' Ordine Sacerdotale ad eſſi conferito; rifleſſioni per lo meno probabili, e che eſcludono l' avanzata ſicurezza, che i Diaconi ſi eleggevano Papi, e Veſcovi, ſenz' aver prima ricevuto l'Ordine Presbiterale.

Si corrobora la riſpoſta con un argomento.

§. 13. Il ſacro Concilio di Trento *alla Seſſ. 22. cap. 2. de Reform.* ſtabiliſce, che non poſſa uno eſſer eletto in Veſcovo, che prima non ſia ſtato ſei meſi nell'

Mabill. *in ſuis commentariis ad Ordinem* Rom. *tom.* 2. *Muſei Italici pag.* 119. Martene *de Antiquis Eccleſiæ ritibus lib. 1. cap. 8. art. 4. n.* 10. Pagi *Breviario Romanorum Pontificum, in Vitam S. Sabiniani Pontificis*, Sandini *in notis ad Vitam S. Leonis Magni*. Negantem vero viriliter tuentur Morinus *de Sacris Ordinationibus part. 3. exercit. 11. cap.* 2. ubi hæc ſcribit: *Nullum extat exemplum Epiſcopatus non Presbytero collati*. Idipſum aſſeritur a Juenin *de Sacramentis diſſert. 8. de Sacramento Ordinis in communi, quæſt. 8. cap.* 4. cujus hæc ſunt verba: *Nulli unquam collatus fuit Epiſcopatus Ordo, niſi qui Presbyterali jam inſignitus eſſet*. Hæcque ipſa ſententia ſolide confirmatur ab erudito Sacerdote Catalano vel nunc in humanis agente, *in ſuis elegantibus commentariis ad Pontificale Romanum tit. 13. de Conſecratione Electi in Epiſcopum §. 7. numero* 3. At Nos ea perſuaſione ducimur, poſſe quæſtionem enodare, atque dirimere, intactis omnino relictis Scholaſticis controverſiis; ipſa etiam declinata provincia inquirendi in factum hiſtoricum, de quo ſiquid deberemus attingere, aſſereremus, haud ita certum eſſe; quemadmodum non nemo ſibi blanditur, Diaconos electos in Pontifices, vel Epiſcopos, non recepiſſe Presbyteralem ordinem, antequam conſecrarentur Epiſcopi, ſed a Diaconatu ad Pontificatum, vel Epiſcopatum, per ſolam Epiſcopalem Conſecrationem conſcendiſſe.

ANNO 1756.

§. 11. Etenim (liceat hic leviter attingere, nec plane innoportuna digreſſione nonnihil immorari) etſi commemorentur plures, qui ſimplices Diaconi, primis octo Eccleſiæ ſeculis, fuerunt in Summos Pontifices electi, atque iiſdem ſæculis multos etiam adinvenire ſit Diaconos, qui Epiſcopi evaſere, uti noſcitur ex *Diurno Romanorum Pontificum* edito ab Holſtenio, quod opus cenſetur ſeculi ſeptimi; quod factum eſt ob gerendorum negotiorum participationem, quam ſibi Diaconi, ac præſertim Archidiaconi, in Pontificatus, vel Epiſcopatus adminiſtratione ſumebant; quemadmodum perbelle advertit Papebrochius *in Conatu in Vitam S. Leonis*, pergitque Garnerius *in ſuis notis ad citatum Diurnum Romanorum Pontificum cap. 3. titul.* 3. neque in Vitis Diaconorum, qui Pontifices facti ſunt, mentio occurrat de collato ipſis Presbyterali Ordine ante Conſecrationem Epiſcop. ex hoc tamen antecedenti nunquam inferri tuto poterit, non fuiſſe iiſdem ante Conſecrationem Epiſcopalem collatum Ordinem Presbyteratus, imo vero locum habet præſumptio, commemoratis priori veluti extremo, Diaconatu nimirum, nec non poſteriori, ſcilicet Epiſcopatu, non fuiſſe neglecta intermedia, ac proinde ipſam Presbyteratus collationem.

Rationes pro ſententia negante.

§. 12. Advertunt quidem accurati, eruditique oppoſitæ ſententiæ propugnatores, cum Photius cætera inter objecta in Eccleſiam Latinam propoſita, hoc quoque inſeruiſſet, Epiſcopos aſſumi ex Diaconis, non collato ipſis antea Presbyteratu; poſt Photii objectionem, in electionibus Diaconorum in Pontifices, conſpici perſpicue expreſſeque adnotatum fuiſſe ipſis, ante Papalem Conſecrationem, collatum Ordinem Presbyteratus. At ne id quidem ſatis, ut tuta fiat aſſumptio; reponi namque veroſimilius poteſt, Photium tot inter falſas criminationes adverſus Latinam Eccleſiam excogitatas, eam quoque propoſuiſſe, Diaconos nimirum inungi Epiſcopos, non collato ipſis antea Presbyterali Ordine, criminationis cauſa nimirum exinde per ipſum derivata, quod videret, in actis electionis Diaconorum ad Summum Pontificatum, vel ad Epiſcopatum, nullam fieri mentionem de collato Presbyteratu; ideoque ad ipſam quoque incurſationis ſpeciem removendam, exiſtimatum fuiſſe peropportunum in hiſtorica narratione Electionis Pontificum & Epiſcoporum, qui antea Diaconi erant, meminiſſe Sacerdotalis Ordinis iiſdem collati: quæ quidem animadverſiones ut minimum probabiles multum detrahunt jactatæ certitudini, Diaconos quondam conſueviſſe in Pontifices, Epiſcopoſve, Ordine Presbyterali non ſuſcepto, conſecrari.

Affirmantium, objectio, congruaque ejuſdem ſolutio.

§. 13. Sacro Tridentino Concilio *Seſſ. 22. cap. 2. de Reform.* cavetur, ne eligi quiſquam poſſit Epiſcopus, qui ſex antea menſibus non fuerit ſacro Ordine ini-

Data reſponſio confirm. propoſito

ANNO 1756.

ſimillimæ ſanctionis exemplo.

initiatus ; *Quicumque poſthac ad Eccleſias Cathedrales erit aſſumendus, is non ſolum natalibus, ætate, moribus, vita, ac aliis, quæ a ſacris Canonibus requiruntur, plene ſit præditus, verum etiam in ſacro Ordine antea ſaltem ſex menſium ſpatio, conſtitutus*. Cumque ulterius non progrediatur Concilium, nec edicat, electum hujuſmodi, antequam Conſecrationem recipiat Epiſcopalem, ordinandum Diaconum & Presbyterum ; quis unquam auſerit aſſerere, ex Tridentini ſanctione, Subdiaconum fieri poſſe Epiſcopum, aut unquam Subdiaconos conſecratos fuiſſe Epiſcopos, Diaconatu, ac Ordine Presbyterali non ſuſcepto ? Imo vero quiſque conſentiet, ſatis fuiſſe Concilio innuere, quo gradu eſſe deberet aſſumendus in Epiſcopum, nec cenſuiſſe, exprimendos tunc cæteros ſacros Ordines, quibus erat ante Epiſcopalem conſecrationem initiandus.

Confirm. opportuniſſima alia ſimilitudine argum.

§. 14. Ad hæc, cum poſt plures annos a Tridentino Concilio obtinuerit ſtylus interendi in Bulla data ad Subdiaconum Electum in Epiſcopum, ſequentia verba, antea prætermiſſa: *Tecum, ut Eccleſiæ N. præfici, illique præeſſe, ipſamque in ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, ac munus Conſecrationis prædictum, poſtquam tamen ad Sacros Diaconatus, & Presbyteratus Ordines te promoveri feceris &c.* uti videre eſt apud Rigantium *ad regul. 24. Cancellariæ tom. 2. §. 1. num.* 17. Quis unquam in Bulla perlegens prædicta verba antea non adhibita, tam fidenti animo erit, ut aſſerat, intermedio tempore, inter Concilium Tridentinum, invectamque praxim inferendi in Bulla præmemoratam formulam, Subdiaconos conſecrari conſueviſſe Epiſcopos, non præſuſcepto Diaconatu & Presbyteratu ? Fatebitur quiſque, placuiſſe ex accuratiori quodam ſtudio id in Bulla exprimere, quod antea non exprimebatur quidem, ſed pro indubio certoque habebatur.

Fundam. quibus prætermiſſis indicatis controverſiis præſens quæſtio dirimitur.

§. 15. Verum, rem Noſtrarum petentes, retinenteſque, quod mox ſupra ſumus polliciti, velle Nos propoſitum quæſitum dirimere, intactis penitus relictis Quæſtionibus Scholaſticis ſatis involutis, prætermiſſoque accurato examine præfati hiſtorici facti, dicemus, ſublatis Electionibus olim celebrari ſolitis a Canonicis vacantis Eccleſiæ, ob gravia inde profluentia incommoda, reſtitutaque veteri diſciplina, providendi Epiſcopatibus per Apoſtolicam Sedem ; ſalvis tamen Concordatis initis cum aliquibus Nationibus, in quibus, retentis Electionibus, earum confirmatio reſervantur Romano Pontifici, in eumdem quoque recidit jus conſecrandi Epiſcopos, vel conſtituendi delegatos ad Conſecrationem peragendam ; etſi ſuperioribus ſæculis Suffraganeorum conſecratio eſſet Metropolitæ reſervata, nec manus in ea apponeret Summus Pontifex, præterquam ſi quandoque Metropolita injuſte Suffraganeum conſecrare abnueret, veluti noſcitur ex *Rhemenſi hiſtoria* Frodoardi, atque etiam ex Annalibus Cardinalis Baronii *ad annum Chriſti* 885. ubi cum Pontificem Stephanum VI. appellaſſet electus ad Epiſcopatum Lingonenſem, retuliſſetque, Lugdunenſem Archiepiſcopum Metropolitam ſuum detrectare, ipſi conſecrationis munus impertiri, præmiſſis iteratis monitionibus, ut imploratam Conſecrationem perageret ipſoque Archiepiſcopo in ſua contumacia obfirmato, Pontifex, uſus competenti ſibi in univerſam Eccleſiam auctoritate, in Epiſcopum eumdem conſecravit. Vigens nunc temporis diſciplina deſcribitur a Gonzalez *in Cap. Nec Epiſcopus, num. 6. de tempor. Ordinat.*, per hæc verba. *Hodie conſecratio Epiſcoporum, non ex Metropolitani juſſu, ſed Pontificis mandato fit ; cum enim Romanus Pontifex ſibi reſervaverit Cathedralium Eccleſiarum collationem, ſimiliter ab ejus libito pendere voluit Epiſcoporum conſecrationem* : quod ipſum in Pontificali Romano quoque accurate deſcribitur, *tit. de conſecrat. electi in Epiſcopum*, hæcque ſunt verba : *Nemo conſecrari debet, niſi prius conſtet Conſecratori de commiſſione conſecrandi, ſive per litteras Apoſtolicas, ſi ſit extra Curiam, ſive per commiſſionem vivæ vocis oraculo a Summo Pontifice conſecratori factam, ſi conſecrator ipſe ſit Cardinalis* : pergitque Schmier *tom. 1. Jur. lib. 1. tract. 3. cap. 1. num.* 569. *Moderno jure conſecratio Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, Summo Pontifici reſervata eſt ; & ab*

Quidquid vetuſtior. temporib. obtinuer. nunc. Ep. conſecr. eſt Papæ reſervata.

PONT. A. XVII.

preſo dall'intelligenza d'una legge del tutto ſimile.

nell'Ordine Sacro : *Quicumque poſthac ad Eccleſias Cathedrales erit aſſumendus, is non ſolum natalibus, ætate, moribus, vita, ac aliis, quæ a ſacris Canonibus requiruntur, plene ſit præditus, verum etiam in Sacro Ordine antea, ſaltem ſex menſium ſpatio, conſtitutus* : e non paſſando il Concilio più oltre, e non dicendo, che il ſopradetto, prima di ricevere la conſecrazione Veſcovile, prenda il Diaconato, e Preſbiterato ; chi ſarà mai, che ardiſca di dire, poterſi in ſequela del Concilio di Trento far Veſcovo un Suddiacono, o eſſerſi fatti Veſcovi i Subdiaconi, ſenza prima aver ricevuto il Diaconato, e l'Ordine Presbyterale ? Ciaſcheduno dirà, eſſerſi il Concilio contentato d'indicare lo ſtato, in cui doveva ritrovarſi chi doveva eſſer Veſcovo, e non aver creduto di dover in quella congiuntura eſprimere gli altri Ordini Sacri, che doveva ricevere prima della conſecrazione Veſcovile.

Si accreſce la forza all'argomento con un'altra ſimilitudine.

§. 14. Di più, molti e molti anni dopo il Concilio di Trento eſſendoſi introdotto il coſtume di mettere nella Bolla del Suddiacono, che ſi elegge al Veſcovado, le ſeguenti parole, che prima non v'erano : *Tecum, ut Eccleſiæ N. præfici, illique præeſſe, ipſamque in ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, ac munus conſecrationis prædictum, poſtquam tamen ad Sacros Diaconatus, & Presbyteratus Ordines te promoveri feceris &c.* come può vederſi nel Riganti *ad regul. 24. Cancellariæ tom. 2. §. 1. num.* 17. chi ſarà mai, che, vedendo nella Bolla le accenate parole, che prima non v'erano, avrà il coraggio di dire, che fra il tempo del Concilio di Trento, e l'altro, in cui s'incominciò ad inferire la ſopradetta formola nella Bolla, i Suddiaconi ſi faceſſero Veſcovi ſenza prima aver ricevuto il Diaconato, ed il Presbiterato ? Ciaſcheduno dirà, eſſerſi per maggiore accuratezza voluto eſprimere nella Bolla ciò, che prima non ſi eſprimeva, ma ſi ſuponeva.

Fondamenti, ſu de' quali, laſciate da parte le diſpute indicate, appoggia la deciſione della preſente quæſtione.

§. 15. Ma, ritornando al noſtro propoſito, e memori in quanto abbiamo poc'anzi detto, di riſolvere il propoſto queſito, ſenza punto entrare nelle ſpicoſe queſtioni ſcolaſtiche, e ſenza formalmente aſſumere l'eſame del ſopradetto fatto iſtorico, diremo, che tolte di mezzo l'elezioni, che una volta ſi facevano ai Veſcovadi dai Canonici della Chieſa vacante, in ſequela de' gravi diſordini, che in eſſe ſeguivano, e riaſſunta l'antica precedente diſciplina, che la proviſta de' Veſcovadi ſi faccia dalla Santa Sede ; ſalvi però i Concordati fatti con alcune Nazioni, ne' quali, ammeſſe le elezioni, ſi riſerva la conferma d'eſſe al Sommo Pontefice ; reſta devoluto al Papa il diritto di conſecrare i Veſcovi, o di deputare chi faccia la Conſecrazione : ancorchè ne' ſecoli precedenti, la conſecrazione de' Suffraganei foſſe riſervata al loro Metropolitano, nè il Sommo Pontefice vi s'ingeriſſe, ſe non nel caſo, in cui il Metropolitano ingiuſtamente ricuſaſſe di conſecrare il ſuo Suffraganeo, come ſi vede *nella Storia Remenſe* di Frodoardo, ed anche negli Annali del Cardinale Baronio *all'anno di Criſto* 885, ove, eſſendo ricorſo al Pontefice Stefano VI. l'eletto al Veſcovado Lingonenſe, ed avendogli eſpoſto, che l'Arciveſcovo di Lione, ſuo Metropolitano, ricuſava di conſecrarlo ; dopo averlo più volte ammonito di fare la richieſta conſecrazione, e perſiſtendo l'Arciveſcovo nella ſua contumacia, eſſo, ſervendoſi della ſua autorità nella Chieſa univerſale, lo conſecrò Veſcovo. La corrente diſciplina viene deſcrita dal Gonzalez *nel Cap. Nec Epiſcopus, al num. 7. de temporib.* ed ecco le di lui parole : *Hodie conſecratio Epiſcoporum, non ex Metropolitani juſſu, ſed Pontificis mandato fit ; cum enim Romanus Pontifex ſibi reſervaverit Cathedralium Eccleſiarum colationem, ſimiliter ab ejus libito pendere voluit Epiſc. conſecrationem* : il che pure è pontualmente eſpreſſo nel Pontificale Romano *al tit. de conſecrat. electi in Epiſcopum*, ed ecco le parole : *Nemo conſecrari, debet, niſi prius conſtet Conſecratori de commiſſione conſecrandi, ſive per litteras Apoſtolicas, ſi ſit extra Curiam, ſive per commiſſionem vivæ vocis oraculo a Summo Pontifice conſecratori factam, ſi conſecrator ipſe ſit Cardinalis* : e proſiegue lo Schmier *tom. 1. Jur. lib. 1. tract. 3. cap. 1. num. 569. Moderno jure conſecratio Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum, Summo Pontifici reſervata eſt ;*

Che che ne foſſe anticamente, in oggi la conſecrazione de' Veſcovi è riſervata al Papa.

PONT. A. XVII.

eſt ; & ab eo ſpecialiter delegandam eſſe, communiter dicitur.

Metodo preſcritto da Benedetto XIII. nel delegare la conſecrazione delli Suffraganei, e Metropolitani.

§. 16. Il Pontefice Benedetto XIII. noſtro Benefattore, fece quanto potè per mantenere il diritto Papale, ſenza recare, o col recare il minore poſſibile pregiudizio all'antico jus Metropolitico, eſpoſto *nel Cap. Si Archiepiſcopus*, e *nel Cap. Nec Epiſcopus, de temporibus Ordinationum*, riſpetto alla conſecrazione de' Suffraganei : ed avendo oſſervato, che la ſolita Bolla, in cui ſi concede ai Veſcovi aſſenti il ricevere la conſecrazione, era concepita colle ſeguenti parole : *Cuicumque, quem maluiſſent, Catholico Antiſtiti, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habenti* : ordinò, che il Mandato *de conſecrando*, che ſi concedeva da un Veſcovo Suffraganeo, in avvenire ſi dirigeſſe al ſuo Metropolitano, colla facoltà ad eſſo, in caſo d'impedimento, di poter ſoſtituire un altro Veſcovo, che a lui foſſe piaciuto ; e ſuccedendo il caſo della conſecrazione del Metropolitano, ſtabilì, che il Mandato *de conſecrando* ſi dirigeſſe al Veſcovo Suffraganeo più antico, colla facoltà ad eſſo, in caſo d'impedimento, di ſoſtituire quel Veſcovo, che gli foſse piaciuto. Ma furono tali, e tanti i reclami e le querele, che ſi eccitarono, non meno per gl'incomodi, che per le ſpeſe, che ſarebbero ſtate neceſsarie, ſe il Suffraganeo aveſse dovuto andare a ritrovare il ſuo Metropolitano, per eſsere conſecrato, o ſe il Metropolitano aveſse dovuto andare a ritrovare il ſuo Suffraganeo per conſecrarlo, che aſceſi ſenza verun noſtro merito al Sommo Pontificato, ritrovammo rimeſsa in piedi l'antica formola, giuſta la quale, come ſi è detto, il Mandato *de conſecrando* ſi dirigge a quel Veſcovo, che vien preſcelto da quello, che dee conſecrarſi. Nè a Noi è ſtato permeſso il far altro, che il dare qualche regola alle conſecrazioni de' Veſcovi, che ſi fanno in Roma ; avendo ſtabilito, che il Conſecrando, a cui, ſecondo il ſolito, ſi dà la facoltà di eleggere il Conſecratore, debba eleggere o uno de' Cardinali inſignito del Carattere Veſcovile, o uno de' quattro Patriarchi per lo più reſidenti in Roma, cioè o quello di Coſtantinopoli, o quello d'Aleſsandria, o quello di Antiochia, o quello di Geruſalemme : eccettuato ſolo il caſo, in cui veruno de' predetti, il che è aſsai difficile che ſucceda, accettaſse di fare la conſecrazione ; eſsendoſi in queſte circoſtanze data al Veſcovo Conſecrando la licenza di ricorrere a qualunque altro Arciveſcovo, o Veſcovo, per ricevere da aſso la conſecrazione. Nè in queſte noſtre ordinazioni ci ſiamo ſcordati de' Metropolitani ; avendo ſtabilito, che, ritrovandoſi in Roma il Metropolitano, ed il di lui Suffraganeo, non ſi commetta a verun altro, che al Metropolitano, la conſecrazione del Suffraganeo.

Nuova regola preſcritta dal S. Pontefice per le conſecrazioni dei Veſcovi, che ſi fanno in Roma.

Si conclude eſſer diritto privativo del Papa il conſecrare per ſe ſteſſo, o per mezzo di un ſuo Delegato, in qualunque caſo i Veſcovi, e perciò reſtar ſuperfluo l'eſame delle queſtioni promeſſe.

§. 17. Comprova queſta iſtorica narrativa, che, eſſendo riſervata al Papa la conſecrazione del Veſcovo, o abbia queſto ricevuto il Presbiterato dal Sommo Pontefice, e dal ſuo Veſcovo, è oggidì diritto privativo Papale il conſecrare, o deputare altri, che conſacri ; e che perciò reſta affatto eſtranea la controverſia, ſe, ſiccome chi è ſtato fatto Diacono dal Papa, non può, che da eſso, o da altri con ſua licenza, eſser promoſso al Preſbiterato, debba dirſi lo ſteſso riſpetto al Sacerdote ordinato dal Papa, che ſi fa Veſcovo, cioè che la di lui conſecrazione in Veſcovo debba farſi unicamente dal Papa, o da altri per ſua commiſſione. Reſtano inoltre eſtranee le controverſie ſcholaſtiche ſopra il Veſcovado, ſe ſia Ordine diſtinto dal Presbiterato, ſe il Carattere, che in eſso s'imprime, ſia diſtinto dall'impreſso nel Preſbiterato, o ſia eſtenſione dello ſteſso ; e nella medeſima claſse dee riporſi la queſtione iſtorica, ſe i Diaconi ſi ſiano mai fatti Papi, o Veſcovi, ſenza prima aver ricevuto l'Ordine Presbiterale : eſsendovi di mezzo una legge poſitiva, che riſerva al Sommo Pontefice la conſecrazione de' Veſcovi, o ſia, o non ſia il Veſcovado un'Ordine diſtinto dal Preſbiterato, o il Carattere, che in eſso s'imprime, ſia differente, o ſia eſtenſione dell'impreſso nel Preſbiterato, o ſianſi, o non ſianſi altre volte fatti Papi, o Veſcovi, i Diaconi, ſenza prima eſsere ſtati ordinati Preti, per la ragione, che nel Veſcovado *eminentur* ſi contenga il Preſbiterato : non

ANNO 1756

Regula in delegandi Suffrag. & Metrop conſecr. præſcript. a Bened. XIII.

& ab eo ſpecialiter delegandam eſſe, communiter dicitur.

§. 16. Munificus Nobis Pontifex Benedictus XIII. curavit pro viribus intactum ſervare jus Pontificium, ſalvo, vel certe quominus fieri potuit imminuto veteri jure Metropolitico expreſso *in Cap. Si Archiepiſcopus, & in Cap. Nec Epiſcopus, de temporib. Ordinationum* : quoad conſecrationem Suffraganeorum. Itaque cum animadvertiſset, conſuetam Bullam, qua abſentibus Epiſcopis fit facultas ſuſcipiendi conſecrationem, conceptis hiſce verbis expreſsam eſse : *Cuicumque, quem maluiſſent, Catholico Antiſtiti, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habent* : juſſit Mandatum *de conſecrando*, quod Suffraganeo Epiſcopo concederetur, impoſterum dirigi ad ejus Metropolitanum, tributa ſimul ipſi facultate, ſi aliquo detineretur impedimento ſubdelegandi alium ſibi beneviſum Epiſcopum : caſu autem ſeſe offerente conſecrandi Metropolitam, conſtituit, ut Mandatum *de conſecrando* antiquiori Epiſcopo Suffraganeo inſcriberetur, ſuperaddita facultate, aliquo ſuperaccedente impedimento, eum, quem maluiſſet Epiſcopum, ſubſtituendi. Verum tot tantæque excitatæ expoſtulationes, & querelæ, non ſolum propter incommoda, ſed & ab ſumptus neceſsario ſubeundos, ſi Suffraganeo abeundus fuiſset ſuus Metropolita, ut conſecraretur, vel Metropolitæ Suffraganeus per ipſum conſecrandus, ut quum Nos nullis licet Noſtris ſuffragantibus meritis, ad Summum Pontificatum fuimus evecti, reſtitutam invenerimus veterem formulam, juxta quam, uti prædictum eſt, Mandatum *de conſecrando* ad eum dirigitur Epiſcopum, quem ſibi conſecrandus elegit. Nec Nobis aliud quidquam datum, quam aliquid præſcribere circa Epiſcoporum conſecrationes, quæ in Urbe peraguntur ; ſtatuimus namque, Conſecrandum, cui facultas fit eligendi Conſecratoris, ſeligere debere aut unum ex Cardinalibus Epiſcopali Charactere inſignitum, aut aliquem ex quatuor Patriarchis plerumque in Urbe reſidentibus, ſcilicet vel Conſtantinopolitanum, vel Alexandrinum, vel Antiochenum, aut Hieroſolymitanum ; eo tantum excepto, caſu, quo nemo ex præfatis, quod perdifficile eſt, oblatum ſibi conſecrationis peragendæ munus acceptum haberet ; in hac quippe caſus hypotheſi, facta eſt Epiſcopo Conſecrando facultas adeundi alium quemcumque Archiepiſcopum, Epiſcopumve, qui ei conſecrationem impenderet. Neque in his edendis ſanctionibus excidit Nobis Metropolitarum memoria ; cum conſtituerimus, ne, ſi in Urbe præſentes ſint Metropolita, ejuſque Suffraganeus, conſecratio Suffraganei cuiquam, præter quam ſuo Metropolitæ, delegetur.

Nova Methodus a Pontifice præfinita conſecrationibus Epiſcoporum in Urbe peragendis.

§. 17. Evincit hiſtorica hæc narratio, quandoquidem Epiſcopi, ſive a Summo Pontifice, ſive a proprio Epiſcopo in Presbyterum ordinati, Conſecratio eſt Summo Pontifici reſervata, nunc temporis jus eſſe Pontificibus præcipuum, conſecrationem Epiſcopalem peragere, vel aliis eam peragendam delegare ; ideoque omnino extraneam fieri quæſtionem, num, ſicuti ordinatus Diaconus a Pontifice, ab uno tantummodo Pontifice, vel ab alio ex ejuſdem Mandato poteſt ad Presbyteratum promoveri, idem pronunciandum ſit de Sacerdote per Pontificem ordinato, qui inaugurandus eſt Epiſcopus, nimirum hujus quoque conſecrationem a Papa tantummodo, ſive ab alio per ipſum delegato, eſſe perficiendam. Extraneæ itidem fiunt quæſtiones ſcholaſticæ de Epiſcopis, ſit ne ille Ordo diſtinctus a Preſbyt. an impreſſus per ipſum character alius ſit a charactere impreſso in ſuſceptione Presbyteratus, vel ſit ejuſdem ampliatio, extenſioque ; eodemque loco habenda eſt quæſtio hiſtorica num Diaconi fuerint unquam ad Summum Pontificatum, vel Epiſcopatum aſsumpti, non præſuſcepto Presbyterali Ordine : poſitiva quippe lex viget, reſervans Pontifici Maximo Epiſcoporum conſecrationes, ſive Epicopatus Ordo diſtinctus ſit a Presbyteratu, ſive non ; & impreſsus in eo ſuſcipiendo character alius ſit, vel potius ampliatio characteris per Presbyteratum impreſſi ; fuerintve alias, vel non fuerint inaugurati Pontifices, ſeu Epiſcopi, Diaconi non antea Sacerdotes ordinati, ab eam rationem, quod in Epiſcopatu *eminenter*

Ex præmiſſis concluditur, indiſcriminatim Epiſcoporum conſecrationes ad Papam ſpectare, ideoque ſuperfluum, prænotatas quæſtiones aggredi.

ANNO 1756.

contineatur Presbyteratus. Hujuſmodi enim quæſtiones nullum præſtare poſſunt impedimentum juri conſecrandi Epiſcopos, ad Pontificem, uti prædictum eſt, devolutum, iiſdemque locus tantummodo erit quoad peractas conſecrationes: quum nemo prohibeat diſceptare, num Epiſcupatus ſit Ordo a Presbyteratu diſtinctus, an character in Epiſcopali conſecratione impreſſus differat, vel potius ſit ampliatio quædam characteris in collatione Presbyteralis Ordinis impreſſi, itidemque an vetuſtioribus temporibus a Diaconatu factus ſit tranſitus ad Epiſcopatum, Ordine Presbyterali non autea ſuſcepto.

Accomodatiſſimo exemplo res illuſtratur.

§. 18. Res Nobis videtur ſatis preſpicua: at quoties ad eamdem vel magis illuſtrandam exemplo aliquo opus eſſet, illud minime deſideraretur. Fuit alias inſtituta quæſtio, an qui a Pontifice Ordinem ſuſcepiſſet, exemptus propterea maneret a juriſdictione proprii Epiſcopi: & Pontifex Innocentius III. in ſua Decretali *Per tuas, de majoritate, & obedientia*, negativum edidit reſponſum: *Ad quod breviter reſpondimus, quod, etſi decens ſit, ut illis, quantum convenit, a te inter alios tibi ſubditos deferatur, quos benignitas Apoſtolica collatione ipſius Ordinis honoravit, per eam tamen ab obedienta, quam alios tibi debent, minime abſolvuntur*. Hac ſublata quæſtione, alia in medium prolata eſt; nimirum, an præſervata ab Innocentio III. obedientia eouſque pertingeret, ut ſi Ordinatus a Pontifice eſſet a collato ſibi Ordine ſuſpendendus vel deponendus, præſtari id poſſet ab Epiſcopo, vel potius eſſet Pontifici reſervatum. Gloſſa, Innocentius, aliique apud Joannem Andream *in ſuis Commentariis in Cap. per tuas, num.* 5. *de majoritate, & obedientia*, docent præſtari id non poſſe ab Epiſcopo: Oppoſitæ ſententiæ adhærent Abbas *num.* 2. Felinus *col.* 1. Layman *ad præcitatum Capitulum*. Hallier autem *part.* 2. *ſect.* 5. *Cap.* 3. *art.* 9. §. 1. *num.* 6. mediam quamdam ſepuitur viam: cenſet nimirum, debere Epiſcopum conficere proceſſum, & ad Pontificem tranſmittere, ut ipſe in eum, quem ordinavit, ſententiam proferat; id ita expoſcente obſequio Summo Pontifici exhibendo. Hoc poſito, ſi, ob prænotatam opinionum varietatem de Ordinato a Pontifice in Diaconum, vel Presbyterum, quoties res eſt de eo ſuſpendendo, vel deponendo ab Ordine ſuſcepto, expoſceret, quiſquam, quomodo tranſigendum ſit negotium, quoties conſecratus a Pontifice Epiſcopus, ſuſpendi, deponive promereretur, nulla interpoſita mora quiſque reſponderet, unius Pontificis eſſe ſuſpenſionis, vel depoſitionis pœnas irrogare, cum ſacris Canonibus, ſacroque Concilio Tridentino cautum ſit *cap.* 8. *Seſſ.* 13. *de Reform.* ut Epiſcoporum cauſæ, in quibus pro criminis objecti qualitate, comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, & terminentur, ſive fuerint Epiſcopi ab ipſo conſecrati, ſive ab alio quocumque per ipſum ad id delegato. Idipſum igitur, & in hac facti ſpecie ſtatuendum eſt, jus eſſe præcipuum Romani Pontificis peragere per ſe, vel aliis peragendam delegare Conſecrationem Epiſcopi ſive a Pontifice, ſive ab Ordinario ſuo in Presbyterum ordinati urgente quoad utramque facti ſpeciem eadem ratione, intermediæ legis peculiaris, perſpicuis verbis conceptæ, omnemque ſubmoventis controverſiam.

De Juſtinopolit. Epiſcopi conſecratione, oſtuerat Pontifex, ut Prædecla

§. 19. Cum Itaque, uti prædictum eſt, reſervata ſit Pontifici conſecratio, ab ipſomet, vel ab alio ex ejuſdem mandato, peragenda, videris ipſe ex Nobis modeſte ſciſcitari, de tua Conſecratione quid Nobis ſit in animo. Cui quidem interrogationi reſpondemus, propoſitum Nobis eſſe; eamdem per Nos ipſos peragare, ſequendo exemplum factæ tibi collationis Diaconatus & Presbyteratus a Munifico Nobis Pontifice Benedicto XIII., necnon in publicum teſtimonium amoris, quo te, virtutemque tuam complectimur, gratamque memoriam ejus, qua Nos proſequebatur prædefunctus Patruus tuus Urbevetanus Epiſcopus, benevolentiæ. Verum quia, qua ſæpe laboramus, podagra efficere Nos poteſt minus idoneos ſatis prolixæ functioni per Nos obeundæ, ſi id unquam, (quod Deus avertat,) contingeret, præſentes ſaltem adeſſe volumus functioni per alium ex ſpeciali delegatione Noſtra abſolvendæ.

Locus, dies & hora

§. 3. Peragendæ functionis dies erit 28. menſis

laben-

PONT. A. XVII.

dovendo, nè potendo ſimili queſtioni porre verun oſtacolo al jus di conſecrare i Veſcovi, devoluto, come ſi è detto, al Papa: e potendo ſemplicemente eſſer luogo alle medeſime ſopra le conſacrazioni fatte: non eſſendovi chi impediſca il queſtionare, ſe il Veſcovado ſia un Ordine diſtinto dal Presbiterato, ſe il Carattere impreſſo nella conſecrazione Veſcovile ſia differente, o ſia un'eſtenzione del Carattere impreſſo nella collazione dell' Ordine Presbiterale ome pure, ſe ne' tempi da noi remoti ſiaſi dal Diaconato paſſato al Veſcovado ſenza prima aver ricevuto l'Ordine Presbiterale.

Si pone in chiaro tutto con una parità propiiſſima.

§. 18. L'affare ci ſembra aſſai chiaro: ma, quando vi foſſe biſſogno di qualche eſempio per renderlo ſempre più chiaro, eſſo non mancherebbe. Fu promoſſa in altri tempi la queſtione, ſe avendo taluno ricevuto dal Papa l'ordine, reſtaſſe perciò ſottratto dalla giuriſdizione del ſuo Veſcovo, ed il Pontefice Innoc. III. nella ſua Decretale *Per tuas, de majoritate, & obedientia* riſpoſe di nò: *Ad quod breviter reſpondemus, quod, etſi decens ut illis, quantum convenit, a te inter alios tibi ſubditos deferatur, quos benignitas Apoſtolica collatione ipſius Ordinis honoravit, per eam tamen ab obedientia, quam alias tibi debent minime abſolvuntur*. Sopito queſto punto, ne fu poſto ſul tavoliere un altro, e fu, ſe l'obbedienza preſervata da Innocenzo III. arrivaſſe a tal ſegno, che, meritando l'ordinato dal Papa d'eſſer ſoſpeſo, o depoſto dall' Ordine conferitogli, ciò poteſſero farſi dal Veſcovo, o apparteneſſe al Papa. La Chioſa, Innocenzo, ad altri appreſſo Giovanni Andrea *ne' ſuoi Commenti ſopra il Cap. Per tuas, num.* 5. *de majoritate & obedientia*, inſegnano, non poterſi fare il paſſo dal Veſcovo. Sono di contrario parere l'Abbate *al num.* 2. il Felino *alla col.* 1. ed il Layman *ſopra il citato Capitolo*. E l'Hallier *nella part.* 2. *ſect.* 5. *cap.* 3. *art.* 9. §. 1. *n.* 6. prende un partito di mezzo; ed è, che il Veſcovo dee fare il Proceſſo, e mandarlo al Papa, acciò eſſo proferiſca la ſentenza ſopra il ſuo Ordinato; così eſigendo l'oſſequio dovuto al Sommo Pontefice. Ciò premeſſo, ſe ſtante la varietà delle opinioni riſpetto a quello, che è ſtato ordinato Diacono, o Prete dal Papa, quando ſi tratta della di lui ſoſpenſione, o depoſizione dall' Ordine ricevuto, taluno richiedeſſe, come debba regolarſi la faccenda, quando il Veſcovo conſecrato dal Papa, meritaſſe d'eſſer ſoſpeſo, o depoſto; ſenza punto eſitare, ciaſcheduno riſponderebbe, appartenere al ſolo Papa il ſoſpendere, o il deporre; eſſendo già ſtabilito ne' ſacri Canoni, e nel ſacro Concilio di Trento *al cap.* 8. *della Seſſ.* 13. *de Reform.*, che le cauſe de' Veſcovi, nelle quali per la qualità, dell'accuſa debbono comparire, ſiano riferite avanti il Papa, e da eſſo terminate, , o ſiano ſtati Veſcovi conſecrati da lui, o da altri per ſua comiſſione. Dee dunque dirſi lo ſteſſo anche nel caſo preſente, cioè eſſere jus privativo del Romano Pontefice il conſecrare o commettere ad altri la conſecrazione del Veſcovo, o abbia queſti ricevuto il Presbiterato dal Papa, o dal ſuo Ordinario; militando nell'uno, e nell'altro caſo la ſteſſa ragione della legge particolare intermedia, che parla chiaro, e toglie di mezzo tutte le brighe.

Dichiarazione di quanto il S. Pontefice intende fare intorno alla conſecrazione del Veſcovo di Capo d' Iſtria.

§. 19. Reſtando, come ſi è detto, riſervata al Papa la conſecrazione, da farſi o da eſſo a drittura, o per ſua commiſſione da altri, ei ſembra ch'ella modeſtamente ci richieda, coſa intendiamo di fare della ſua. Al che riſpondiamo, eſſere la noſtra intenzione di farla Noi ſteſſi, ſeguitando l'eſempio della collazione del Diaconato, e Presbiterato, fattale dal Pontefice noſtro Benefattore Benedetto XIII. e per dare un pubblico atteſtato dell'affetto, con cui riguardiamo la ſua Perſona, ed il ſuo merito, e della memoria, che conſerviamo, dell'amicizia che per Noi profeſſava il ſuo Zio defunto Veſcovo d'Orvieto. Ma, perchè la noſtra podagra può inabilitarci alla lunga funzione, quando ſi faccia da Noi, ſe ciò mai (che Iddio non voglia) ſuccedeſſe, vogliamo almeno eſſer preſenti alla funzione, che ſi farà da altri per noſtra eſpreſſa commiſſione.

S'indica il luogo,

§. 20. Il giorno della funzione ſarà quello dei

28. del

PONT. A. XVII.

giorno, e tempo della funzione.

28. del meſe corrente, giorno feſtivo de' SS. Simone e Giuda; così anche preſcrivendo il Pontificale Romano: *Statuta die conſecrationis, quæ debet eſſe Dominica, vel Natalitium Apoſtolorum, vel etiam feſtiva, ſi Summus Pontifex hoc ſpecialiter indulſerit*. Il luogo e l'ora le ſaranno indicati dl Monſignore Reali primo noſtro Maeſtro di Cerimonie. E fatta la conſecrazione, capitando l'occaſione di doverle ſcrivere qualche altra noſtra lettera, le daremo il titolo, non di *Dilecte Fili*, come ora abbiamo fatto, ma di *Venerabilis Frater*, titolo talmente affiſſo al Carattere, che s'imprime nella conſecrazione, che da eſſo non ſono eſcluſi nemmeno i Veſcovi, che per loro diſgrazia l'hanno ricevuto illecitamente, purchè validamente l'abbiano ricevuto. Di ciò abbiamo veduto eſſerſi diſcorſo in una particolare Congregazione *de Propaganda Fide*, tenuta nel giorno 8. di Novembre 1631. in cui fu propoſto il queſito ſopra il titolo, con cui il Papa poteva onorare i Patriarchi, gli Arciveſcovi, ed i Veſcovi ſchiſmatici; ed avendo in eſſa il celebre Padre VVaddingo, tanto pratico delle Bolle, e Brevi, aſſerito, che, purchè la loro ordinazione ſia ſtata valida, riſpettando i Papi il Carattere in eſſa impreſſo, hanno ſempre mantenuto ad eſſi il titolo *Venerabilis Frater*, così fu riſoluto che ſi faceſſe. E Noi ſteſſi abbiamo veduto, che in alcuni Brevi ſcritti dal Sommo Pontefice Innocenzo XI. e Giovanni Patriarca Aleſſandrino ſciſmatico, ne' quali l'invitava alla ſanta unione, ed in altri ſcritti dal Pontefice Innocenzo XII. all' Arciveſcovo di Etiopia, in cui l'eſortava a ſentire il Padre de Salem coi ſuoi compagni Minori Oſſervanti Riformati, ſopra la bramata unione d'eſſo, e della ſua Nazione colla Chieſa Romana, per la ragione ſopradetta, ſi dà ad eſſi il titolo di *Venerabilis Frater*: oltre molti altri eſempj, che poſſono vederſi nella Raccolta de' Brevi del Pontefice Clemente XI., e particolarmente *al tom.* 1. *pag.* 575., *ed al tom.* 2. *pag.* 135. Terminiamo col darle l'Apoſtolica Benedizione.

Anche ai Veſcovi Sciſmatici è dato dai Papi il titol di Venerabile Fratello.

Dat. 10. Oct. 1756. Pont. 17.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 10. Octobris 1756. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſetptimo.

ANNO 1756.

labentis, dicata celebritati SS. Simeonis & Judæ, ita etiam ſtatuente Pontificali Romano: *Statuta die conſecrationis, quæ debet eſſe Dominica, vel Natalitium Apoſtolorum, vel etiam feſtivæ, ſi Summus Pontifex hoc ſpecialiter indulſerit*. Locus, atque hora indicabuntur tibi a Præſule Reali primo Nobis Cæremoniarum Magiſtro. Peracta autem Conſecratione, ſicque ſe obtulerit occaſio alias ad te conſcribendi litteras, te non titulo *Dilecte Fili*, veluti, nunc, ſed *Venerabilis Frater*, compellabimus, qui quidem titulus adeo inhærens eſt Characteri in Conſecratione impreſſo, ut ne eo quidem careant Epiſcopi, qui Epiſcopalem Characterem illicite, malo eorum fato, dummodo valide receperint. Hac de re actum fuiſſe comperimus in particulari Congregatione de Propaganda Fide, habita 8. Novembr. 1531. in qua quæſitum fuit, quo honoris titulos Pontifex appellare poſſe Patriarchas, Archiepiſc. Epiſcopoſque Schiſmaticos; cumque celebris Pater VVaddingus adeo Bullarum, Breviumque peritus, aſſeruiſſet, dummodo valida fuiſſet eorum Ordinatio, Pontifices rationem habentes impreſſi per eam Characteris, iiſdem ſemper tribuiſſe titulum *Venerabilis Fratris*, hoc ita ſervandum eſſe, ſtatutum fuit. Ipſique vidimus, in nonnullis Brevibus datis a Summo Pontifice Innocentio XI. ad Joannem Patriarcham Alexandrinum Schiſmaticum, quibus illum ad ſanctam Unionem invitabat, ac in aliis datis ab Innocentio XII. Pontifice ad Archiepiſcopum Æthiopiæ, quibus ipſum hortabatur, ut audiret Patrem de Salem, ejuſque Socios Minores Obſervates Reformatos, de unione ipſius, univerſæque Nationis ſuæ cum Romana Eccleſia ſecum acturos, ob præadductam rationem, titulum *Venerabilis Fratris* iiſdem attribui: præter complura alia exempla videnda in collatione Brevium Pontificis Clementis XI. & nominatim *t.* 1. *pag.* 575. & *tom.* 2. *pag.* 135. Atque huic Epiſtolæ finem imponimus, Apoſtolicam tibi Benedictionem imperties.

peragendæ functionis.

Titulo Venerab. Fratris, Epiſcopi quoque Sciſm. a Pont. decorant.

Dat. 20. Oct. 1756. del Pont. 17.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Octobris 1756. Pontificatus Noſtri Anno Decimoſeptimo.

LXV.

CONFIRMATUR

Motus proprius S. Pii V., & Conſtitutio Urbani VIII., contra tondentes monetas aureas & argenteas: necnon Bannimenta & Decreta adverſus falſificantes, alternantes, ac expendentes Cedulas Monti Pietatis, & Menſæ Nummariæ Sancti Spiritus: & pœnæ in illis inflictæ ad omnes Eccleſiaſticas perſonas extenduntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœm. Pœnales quandoque leges ampliandas, ſuadet publicum bonum.

AD curam Noſtram pertinere dignoſcimus, pre ea vigilantia, quam rectæ Juſtitiæ in Civitatibus & locis temporali Dominio Noſtro ſubjectis adminiſtrandæ præſtare debemus, omni ſtudio ſatagere, ut meritis juſtiſque pœnis ea præſertim delicta coerceant, quæ humanæ Societatis leges perturbant, & publicæ utilitatis rationibus magnopere officiunt; eamque in finem non modo veteres Prædeceſſorum Noſtrorum Conſtitutiones confirmare, atque in uſum & memoriam hominum revocare, verum etiam eaſdem extendere, & ad caſus in ipſis non ſatis expreſſos ampliare non recuſamus, prout labentium temporum & occurrentium cauſarum neceſſitates expoſcere videntur, Noſque ad providum Reipublicæ regimen expedire in Domino judicamus.

Pœnas, in condentes monetas aureas inflictas, ad tondentes extendit Pius V.

§. 2. Sane felicis record. Prædeceſſor Noſter Sanctus Pius Papa V. per ſuam Schedulam Motus propri datam Romæ apud S. Petrum octavo Kal. Novembris Pontificatus ſui anno V. cujus initium eſt: *Cum nil magis*: attendens, quod licet monetarum aurearum tonſoribus ultimi ſupplicii pœna de jure inflicta eſset, arganteas tamen monetas todentibus ſatis minor pœna impoſita erat; animoque reputans, pro publici commercii ſubſtantia nimis neceſſarium eſſe eodem juris rigore in utroxue delicti hujuſmodi genere adverſus delinquentes procedere: ſtatuit atque decrevit, eos, qui argenteas tonderent monetas, ultimi ſupplicii, & ea, qua aurearum tonſores eatenus puniti fuerant, & de jure puniri debebant, pœna puniendos eſſe; volens hujuſmodi Sanctionem ab omnibus Judicibus tam in Urbe, quam alibi in toto Statu Eccleſiaſtico, remotis impedimentis, quæ ipſis a temporalibus, Terrarum, Locorum, & Civitatum Dominij objici forſan potuiſſent, debitæ executioni mandari.

Urban. VIII. Pianæ Sanctioni obnoxios voluit Eccl. tam Sæculares quam Regulares intra Ital. & inſulas adjacent.

§. 3. Poſtmodum vero recol. mem. Prædeceſſor pariter Noſter Urbanus Papa VIII. per ſuam perpetuo valituram Conſtitutionem incipientem: *In ſuprema*, datam apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1627. Idibus Novembris, Pontificatus ſui anno IV. ejuſmodi ſtatutum, decretum, & voluntatem præfati Sancti Pii Prædeceſſoris approbavit, confirmavit, & innovavit; ac ad omnes & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, etiam quomodolibet exemptas, tam ſæculares, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Inſtituit, etiam de neceſſitate exprimendi, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Hoſpitalis Sanctis Joannis Hieroſolymitani, Regulares, non ſolum in Statu Eccleſiaſtico tunc ſibi & Sedi Apoſtolicæ mediante vi immediate ſubjecto, ſed etiam in omnibus & ſingulis Provinciis, Regnis Civitatibus, Terris, & Locis, in Italia dumtaxat, exiſtentes, quæ aureas & argenteas monetas tondere, vel alias, ut ibi latius exponitur, circa eas delinquere præſumpſiſſent, extendit & ampliavit; volens ut Eccleſiaſtici hujuſmodi, culpabiles in præmiſſis reperti, prævia degradatione, Curiæ ſæculari puniendi tradecentur.

Quos degradandos & brachio ſæculari tradendos decrevit.

§. 2. Cum